241. **Φιτύω.** *Planto. Gigno.* Photius Lex. MS. Φίτυ· φυτόν, φύτευμα. Φερεκράτης.—Φιτῦσαι· γεννῆσαι. ἐπὶ τοῦ πατρὸς τίθησιν· ἐπὶ δὲ μητρὸς οὐκ ἔτι, ἀλλὰ γεννῆσαι, καὶ φιτύοντος, ὁμοῖον τοῦ γεννῶντος. λέγει δὲ καὶ τὸ γέννημα φίτυ Εὔπολις Αὐτολύκῳ. Ἀτὰρ ἤγαγες καινὸν φίτυ τῶν βοῶν. Eupolidis fragmentum citant quoque Schol. in Platon. ed. Ruhnken. p. 211. Suidas in v. φιτῦσαι. Elmsleius conjicit καινόν τι φῖτυ, mallem κ. τὸ φ. ob articulum τῶν. Hesych. Φίτυ· φυτόν. Eustath. ad Il. Γ. p. 313. φίτυς· πατήρ. De scriptura vocis φιτύω, quæ primam semper producit, vid. Porson. Append. ad Toup. p. 443. notas ad Thom. M. v. Φυτεύειν. Sophocl. El. 645.

243. **Ῥύομαι.** *Libero.* Ammon. de diff. verb. Ῥύεσθαι καὶ ἐρύεσθαι διαφέρει. Ἀριστόξενος ἐν τῷ πρώτῳ τραγῳδοποιῶν περὶ νεωτέρων οὕτω φησὶ κατὰ λέξιν. Ῥύεσθαι καὶ Ἐρύεσθαι διαφορὰν ἔχει πρὸς ἄλληλα. τὸ μὲν γὰρ ῥύεσθαι, ἐκ θανάτου ἕλκειν· τὸ δὲ ἐρύεσθαι, φυλάττειν.

244. **Διαῤῥαίω.** *Perfringo.* vid. supra ad v. 197.

247. **Ἐν οἴκτῳ προθέμενος.** *Misertus.* Neque hanc neque similem phrasin alibi vidisse memini: nota enim ista ἐν λόγῳ, ἐν ἀριθμῷ τιθέναι, nihil ad rem sunt; non enim in θέσθαι sed in προθέσθαι hæreo. Aliter dixit Herodotus VI. 21. καὶ πένθος μέγα προεθήκαντο.

248. Ἀξιοῦμαι. *Dignus judicor.* vide supra ad v. 223. Luc. Evang. xx. 35. οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν. quocum Porsonus in schedis comparaverat hunc locum, Pausan. Achaic. I. p. 521. Eurip. Hel. 411. Isocrat. Plataic. p. 28, 15. 44, 2.

Ibid. Νηλεῶς. *Immisericorditer.* Anacr. LX. νηλεῶς φεύγεις. Hanc formam pro vulgata ἀνηλεῶς, Elmsleio obsecutus, dedi. Meminerint tamen tirones eam ex ἀνηλεῶς per aphæresin formari, non autem ex particula privativa νή, quæ, si quid me audias, a Græcia abjudicanda est: quæ opinio exemplis confirmanda est. Valckenaerius, vir longe eruditissimus, aliter sentiebat; putabatque νηλεῶς a νή et ἔλεος componi, ut νῆστις a νή et ἔστις. Quod si verum sit, quid fiet ἄνηστις, quæ vox alicubi apud Cratinum Athenæi eodem sensu occurrit? Quinimo νήγρετος et ἀνήγρετος, νήνεμος et ἀνήνεμος, νηκουστέω et ἀνηκουστέω, νήκεστον (Hesiod. Op. 283.) et ἀνήκεστον promiscue adhibentur: item νηλεγής pro ἀναλεγής, νηπενθής pro ἀναπενθής, νημερτής pro ἀναμαρτής (Hesych.) dempto α, et α in η Ionice mutato. ἀνάλιπος legitur ap. Theocrit. IV. 56. pro quo νήλιπος Apoll. Rh. III. 646. Lycophr. 635. quod reponendum est in Sophocl. Œd. Col. 349. pro vulgato νηλίπους. ducitur enim ab ἦλιψ, ὑπόδημα. Eustath. ad Iliad. K. p. 787, 52. aliter ἐτυμολογεῖ.

249. Ῥυθμίζω. *Constringo. Concinno.* Gloss. Vett. Ῥυθμίζω. *Modulo, formo.* Metaphora a verbis desumta quæ in rhythmum rediguntur et coercentur. Sophocl. Antig. 813. Τί δέ; ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου; quem versum mire citant Grotius in Excerptis p. 149. et Abreschius Misc. Obs. V. p. 286. sedem ejus ignorantes. Eurip. Hecub. 910. ἐγὼ δὲ πλόκαμον ἀναδέτοις μίτραισιν ἐῤῥυθμιζόμαν. Noster Pers. 746. de Xerxe, qui mare coercere tentabat, καὶ πόρον μετεῤῥύθμιζε. Plato Phædr. p. 205. ed. Basil. sec. ῥυθμίζοντες εἰς τὸ ἐκείνου ἐπιτήδευμα καὶ ἰδέαν.

250. Σιδηρόφρων. *Ferreo animo.* Stanleius apte comparat Heliodor. 14. Τίς οὕτως ἀδαμάντινος ἢ σιδηροῦς τὴν καρδίαν, ὡς μὴ θέλγεσθαι καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἀκούων; Proxime Theocrit. 26. πέτρας ὅγ' ἔχει νόον ἠὲ σιδάρου Καρτερὸν ἐν στάθεσσιν. Eurip. Med. 1276.

τάλαιν', ὡς ἄρ' ἦσθα πέτρος, ἢ σίδαρος. Ovid. Amor. III. vi. 59. *Ille habet et silices et vivum pectore ferrum, Qui tenero lacrymas lentus in ore videt.* Tibullus I. i. 63. *Flebis; non tua sunt duro præcordia ferro Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.* Adumbrantur ex Homerico σιδήρειόν νύ τοι ἦτορ, Il. Ω. 205. σιδηρόφρων occurrit Theb. 53. Vid. Perizon. ad Ælian. VI. 12.

251. Ξυνασχαλάω. vid. v. 161.

255. Περαιτέρω. *Ulterius.* πλείω ἔμπροσθεν. Hesych.

261. Ἐφήμερος. *Diurnus.* ἐφημέριος quoque adhibebant poetæ. Cf. vv. 561. 981.

271. Ἐλαφρός. *Facilis.* plerumque vero *levis:* similiter κοῦφος pro ῥᾴδιος usurpatur.

Ibid. Πημάτων ἔξω πόδα ἔχει. Suidas, Αἴρειν ἔξω πόδα πηλοῦ· ἐπὶ τῶν βουλομένων μὴ ἐν πράγμασιν εἶναι. λέγεται δὲ καὶ αἴρειν ἔξω πόδα αἰτίας. Choeph. 694. Ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα. Pindar. Pyth. IV. 513. καλὰ γινώσκοντ' ἀνάγκᾳ ἔκτος ἔχειν πόδα. Sophocl. Phil. 1260. ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα. Eurip. Heraclid. 110. Καλὸν δέ γ' ἔξω πραγμάτων ἔχειν πόδα. Horat. 2. S. VII. 27. *Nequicquam coeno cupiens evellere plantem.*

277. Κατισχναίνω. *Attenuo.* ἐκλεπτύνω. Schol. ad Eumen. 138. ab ἰσχνός *tenuis.* Κατισχνοῦν· καταλεπτύνειν. Hesych. Callimach. Epigr. 49. Αἱ Μοῦσαι τὸν Ἔρωτα κατισχναίνουσι, Φίλιππε. Et in Philemone apud Stobæum LVII. Cleric. p. 348. scribendum puto κατισχναίνων, ubi vulgatur Λίαν ἀπισχναίνων με ποιήσει νεκρόν.

Ibid. Πεδάρσιος. *Sublimis.* Æolice pro μετάρσιος. Μετάρσια δέ, τὰ μεταξὺ τοῦ αἰθέρος καὶ γῆς ἐν ἀέρι συνιστάμενα. Schol. in Platon. ed. Ruhnken. p. 249. vid. infr. 735. Valcken. ad Phœniss. 1034. de πεδαίρω locutus, ait, "Verbum est Æolicum, neque a Sophocle

potuit vel ab Euripide præterquam in choro collocari, vel in trochaicis. ..... Æschylus in senariis Doricis istiusmodi formis et Æolicis non abstinet, cui pro μετάρσιος adhibetur πεδάρσιος." Idem ibid. v. 11. de Æschylo; "Quas in Sicilia didicerat formas verborum Doricas, in Atticam scenam introducere non dubitavit. Athen. IX. p. 402. C. Αἰσχύλος, διατρίψας ἐν Σικελίᾳ, πολλαῖς κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς." Sic πεδάοροι pro μετέωροι, et πεδαίχμιοι pro μεταίχμιοι Choeph. 587. πεδοίκον χελιδόνος pro μετοίκου in Τρόφοις ap. Hesych. in voce. Μάσσων Dorice pro μείζων adhibetur infr. 650. Μᾶ pro μῆτερ Suppl. 897. quod Doricum est. ποτί pro πρός in senario Eum. 79. ἀρχέσταταν in Penelopa ap. Etymol. M. p. 31, 6. Ionice. ἀφθονέστερος in Heliasin ap. Athenæum et Eustath. ad Iliad. I. p. 746, 46. præter ξεῖνος et similia magis trita.

278. **Ἀγείτων.** *Sine vicinis. Desertus.* Eurip. Electr. 1130. Οὕτως ἀγείτων οἶκος ἵδρυται φίλων.

279. **Δύρομαι.** *Lamentor.* idem quod ὀδύρομαι. vid. supr. ad v. Κέλλω. v. 191.

280. **Πεδοῖ.** *Humi. In terram.* Eustath. ad Il. A. p. 153, 34. Πεδοῖ παρ' Αἰσχύλῳ· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ πεζῇ. vid. supr. p. 111, 20. et ad Od. Σ. p. 1839, 56. Scholiasta ad Dionys. Thrac. p. 944. ed. Bekker. tradit scribendum esse πέδοι, ut ἔνδοι, μέσοι. Nonnullos tamen etiam ἐνδοῖ scripsisse discimus ex Apollonio de Adv. p. 610, 25. πέζοι Thucyd. II. 94.

Ibid. **Διὰ τέλους.** *Penitus.* διαπαντός. Hesych. cf. 291. Eumen. 64. Eurip. Suppl. 270. διὰ τέλους εὐδαιμονοῦν. Hecub. 1183. διὰ τέλους σοφοί. Menander ap. Athen. IV. p. 166. C. πλεῖν τοῦτον ἤδη διὰ τέλους, Καὶ μηδ' ἐπιβαίνειν γῆς. Lysias c. Andoc. p. 112. ed. Auger. καὶ τὸν ἄνδρα οὐ δῆμος, οὐκ ὀλιγαρχία, οὐ τυραννίς, οὐ πόλις ἐθέλει δέξασθαι διὰ τέλους.

283. **Ταυτά τοι πλανωμένη,** &c. *Namque eodem modo*

pererrans infortunium, nunc huic nunc illi adsidet. i. e. *Erga alios, sicut erga me mutabilis fortuna.* ταυτά pro κατὰ ταυτά.

285. **Ἐπιθωΰσσω.** vid. supr. v. 73.

287. * **Κραιπνόσυτος.** *Celeriter vectus.*

288. **Θᾶκος.** *Sedes.* Hæc forma a poetis Atticis usurpabatur. Θῶκος Ionicum videtur. Thom. M. Θᾶκος, Ἀττικόν. Auctor Lexici MS. ap. Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 500. παρὰ τὸ θῶ, τὸ τιθῶ, θῶκος καὶ θᾶκος. quem exscribit Auctor Etym. M. p. 441, 11. Cratinus in Archilochis apud Suid. v. Διὸς ψῆφος. Ἔνθα Διὸς μεγάλου θᾶκος πεσσοί τε καλοῦνται. ubi vulgatur θῶκος: recte Hesych. Διὸς θᾶκοι καὶ πεσσοί. τινὲς γράφουσι, Ψῆφοι. Vid. Glossar. in Agam. 502.

289. **Πόρος.** *Callis.* Sensu diverso supra v. 111.

Ibid. **Ὀκριόεις.** *Asper. Confragosus.* Etymol. M. p. 261, 6. Ὀκριόεις, ὁ τραχὺς λίθος· ὀκρίας δὲ τὰς πέτρας φησὶν Ὅμηρος. Δι' ὀκρίας ἠνεμοέσσας. (Od. I. 400. Π. 365.) In Homero hodie legitur ἀκρίας; sed melius ὀκρίας, quod magis Æolicum est, atque etiam Ionicum. Hippocrates habet ὀκριώδης, et Erotianus ὀκρίς. Photius Lex. MS. Ὀκριάζων· τραχυνόμενος, Σοφοκλῆς. ὀκριόεις et ὀκρύοεις sæpissime confusa esse notat Adr. Heringa Obs. Crit. p. 16.

290. **Πελῶ.** pro πελάσω, fut. a πελάζω. Sophocl. Œd. Col. 1060. Phil. 1150. El. 497. Alteram formam πελάσω prætulit Euripides. Or. 1684. Iph. Taur. 886. Hel. 361. El. 1332. *Elmsl.*

294. * **Πτερυγωκής.** *Rapide volans.* ταχὺς ταῖς πτέρυξι. Schol. B. Idem quod ὠκύπτερος, ordine verborum inverso.

295. **Γνώμῃ.** *Voluntate sola.* θελήματι ἐμῷ. Schol. B. Sed forsan γνώμῃ *sagacitate* ipsius alitis. Simile est quod narrat Alcinous de Phæacum navibus, Od. Θ. 559. οὐ γὰρ Φαιήκεσσι κυβερνητῆρες

ἔασιν, οὐδέ τι πηδάλι' ἐστί, τά τ' ἄλλαι νῆες ἔχουσιν, Ἀλλ' αὐταὶ ἴσασι νοήματα καὶ φρένας ἀνδρῶν.

Ibid. Στόμιον. *Lupatum.* Vid. Glossar. in Agam. 130.

299. Οὐκ ἔστιν ὅτῳ, &c. *Nemo est cui majorem beneficentiæ partem adsignare vellem, quam tibi.* μερίδα δώσαιμι. Schol. B. λείπει φιλίας. Schol. A. Sophocl. Trachin. 1240. Ἀνὴρ ὅδ', ὡς ἔοικεν, οὐ νέμει γ' ἐμοὶ Φθίνοντι μοῖραν, ubi Brunckius post tres MSS. edidit νέμειν. Si quis exempla quærat formulæ μέρος vel μοῖραν νέμειν, adeat Eurip. Hecub. 856. Suppl. 241. Hel. 923. Markland. ad Suppl. 380. Eurip. ap. Stob. Floril. II. p. 17. et ap. Plutarch. Moral. pp. 912. 1119. Cf. Homer. Il. I. 314. Sophocl. Œd. Col. 277. Theocrit. XIV. 17. Epigr. XV. 1. Thucyd. III. 3. 48. Non valde diversum est illud Ovidii Ep. XXI. 8. *Illa tamen justa plus tibi parte favet.*

302. *Χαριτογλωσσέω. *Linguæ indulgeo.* Minus recte Schol. A. quem olim secutus sum; Χαριτογλωσσεῖν. μεχρὶ γλώσσης χαρίζεσθαί σοι, καὶ οὐκ ἔργοις. Choeph. 260. Γλώσσης χάριν δὲ πάντ' ἀπαγγελεῖ τάδε. ubi vid. Glossarium.

307. Ἐπόπτης. *Spectator.* In fragmento de upupa ap. Aristot. de Animal. XI. Τοῦτον δ' ἐπόπτην ἔποπα τῶν αὑτοῦ κακῶν Πεποικίλωκε. alibi dicit ἐποπτήρ. Theb. 640. ἐποπτῆρας λιτῶν.

308. Ἐπώνυμος. *Cognominis.* Lucian. Dialog. Marin. IX. p. 311. μηδαμῶς, ὦ Πόσειδον· ἀλλ' ἐνταῦθα ἐν τῷ ἐπωνύμῳ πελάγει τεθάφθω. ubi Hemsterhusius notat "ἐπώνυμος præditum duplici potestate, eo magis observanda, quod sæpe deluserit eruditos interpretes, vel *qui nomen ab alio trahit*, vel, *qui suum alteri tribuit.*" Vox Æschylo in deliciis erat: vid. Theb. 9. 136. 405. 536. 658. Eumen. 90. Choeph. 181. Suppl. 311.

Ibid. Πετρηρεφής. *Saxis contectus.* ab ἐρέφω *tego.* Vox occurrit Eurip. Ion. 1400. et Cycl. 82. ἄντρα δ' εἰς πετρηρεφῆ Ποίμνας ἀθροῖσαι.

309. Αὐτόκτιτος. *Non manu factus, sed sponte natus.* Virgil. *vivo sedilia saxo.* quod Sophocles dixit *αὐτόποιον.* Œd. Col. 698. *αὐτομόρφων λαΐνων τεχνασμάτων* apud Euripidem interpretatur Dobræus ad Porsoni Opusc. p. 386. *specu e nativo lapide.* Hesych. *Αὐτοκτίστους δόμους. οὐ κατεσκευασμένους, ἀλλ' ἐκ ταυτομάτου γεγενημένους. Σοφοκλῆς Κηδαλίωνι.* Miror Brunckium in Lex. Sophocl. Salmasium non audiisse *αὐτοκτίτους* reponentem; est enim non a recentiorum *κτίζω*, sed ab antiquo *κτίω*, unde *κτίτορες, κτιμένος* et similia. Eustath. ad Il. T. p. 1175, 12. de voce *περικτίονες. Δοκεῖ δὲ προϋπάρχειν αὐτοῦ ῥῆμα τὸ κτίω· ἐξ οὗ καὶ οἱ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ κτίται, ὅπερ ἐστὶ κτίτορες.* emendante Valcken. ad Act. Apost. IV. 34. Notandum est verbum *κτίζω* apud Homerum nusquam occurrere: nam in Il. Υ. 216. legendum est *κτίσσε.* Eurip. Or. 1637. *Ἄργους κτίται.* ubi Schol. citat ex Pindaro *ὀρεικτίτου σνός* (non *ὀρικτίτου*) et ex Homero *ἐΰκτιτον ἄστυ.*

Ibid. *Σιδηρομήτωρ. *Ferri mater.* vid. supra ad v. 90.

311. Ξυνασχαλῶν. vid. supra 167.

313. Ξυγκαθίστημι. *Conjuncte erigo.* Thucyd. IV. 107. *παρὼν δὲ καὶ Περδίκκας εὐθὺς μετὰ τὴν ἅλωσιν ξυγκαθίστη ταῦτα.* ubi recte Schol. *συνεβεβαίου.*

316. Ποικίλος. *Vafer.* proprie *varius. συνετός* Hesych. Exempla quædam, quoniam in lexicis non scatent, proferam. Eurip. Med. 302. *Τῶν δ' αὖ δοκούντων εἰδέναι τι ποικίλον.* Androm. 921. *ποικίλων λαλημάτων.* Sophocl. Œd. Col. 762. *μηχάνημα ποικίλον.* Philoct. 130. *ποικίλως αὐδωμένου.* Aristoph. Eq. 758. *ποικίλος γὰρ ἀνήρ.* sic lege pro *ἀνήρ.* non, me saltim judice *ἁ'νήρ.* Proverbium ap. Suid. et Diogenian. II. 69. *Ποικιλώτερος ὕδρας· ἐπὶ τῶν δολερῶν.* Sic apud Latinos *varius.* Sallust. B. C. I. 1. *animus audax subdolus, varius.*

317. Μεθάρμοσαι τρόπους νέους. *Moribus quos habes exutis, novos tibi apta.* Duo sunt in hoc verbo *μεθάρμοσαι* notanda;

vis præpositionis μετά, et mediæ vocis. μετά in compositis innuit *mutationem* aut *conversionem*; ut μεταμανθάνουσιν ὕμνον *veterem cantilenam dediscunt, novamque discunt.* Sophocl. Electr. 31. Εἰ μή τι καιροῦ τυγχάνω, μεθάρμοσον. In Eurip. Orest. 999. legerim μεθαρμόσασα. Meleager Anal. I. p. 37. ἐν δ' ὑμέναιος Σιγαθεὶς γοερὸν φθέγμα μεθηρμόσατο. quod ex Erinna desumtum ibid. p. 59.

319. Θήγω. *Acuo.* Sophocl. Ajac. 584. Οὐ γάρ μ' ἀρέσκει γλῶσσα σοῦ τεθηγμένη.

320. Ῥίπτω. *Jacio.* infra 968. τοιάδ' ἐκρίπτων ἔπη. Eurip. Troas. 729. ῥίπτειν ἀράς. Alcest. 694. νεανίας λόγους Ῥίπτεις ἐς ἡμᾶς. Hecub. 334. οἱ 'μοὶ μὲν λόγοι πρὸς αἰθέρα Φροῦδοι, μάτην ῥιφθέντες ἀμφὶ σοῦ φόνου. Hippol. 216. Μανίας ἔποχον ῥίπτουσα λόγον. 231. Τί τόδ' αὖ παράφρων ἔῤῥιψας ἔπος; Cf. Suid. v. ἀπέῤῥιψεν. Herodot. I. 153. IV. 69. αἰδρηΐῃ τῶν τοιούτων κεῖνος τοῦτο ἀπέῤῥιψε τὸ ἔπος. VII. 13. ὥστε ἀεικέστερα ἀποῤῥίψαι ἔπεα ἐς ἄνδρα πρεσβύτερον ἢ χρεών. Propert. II. ix. 16. *In nostrum jacies verba, superbe, caput.* Virgil. Ecl. V. 62. *Ipsi lætitia voces ad sidera jactant Intonsi montes.* Plura ex Latinis congessit Wassius ad Sallust. Jug. p. 253.

321. Θακέω. *Sedeo.* vid. supra Θᾶκος. v. 288.

322. Παιδία. *Ludus.* Aristides in Alex. Epitaph. ait παιδίαν εἶναι δοκεῖν τὰ ἐν τοῖς γράμμασι, πρὸς τὰς ὁμιλίας αὐτὰς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν. Terent. Eun. II. ii. 9. *Ludum jocumque dices fuisse illum alterum præut hujus rabies quæ dabit.* Liv. XXVIII. 42. *næ tibi, P. Corneli, quum ex alto Africam conspexeris, ludus et jocus fuisse Hispaniæ tuæ videbuntur.* Valer. Max. V. 1. *ista—præ iis, quæ de te locuturi eramus, lusus ac jocus fuissent.* Sic λῆρος εἶναι πρός τι. Vid. Wyttenbach. ad Platon. Phæd. p. 179.

323. Ἀρχαῖος. *Exoletus. Antiquatus.* Attico sensu. Anglice *Old-fashioned.* Ἀρχαῖα. μῶρα, διότι οἱ ἀρχαῖοι τοιοῦτοι ἦσαν, ait Scholiasta, duriuscule de proavis locutus. Aristoph. Plut. 323. Χαί-

ρειν μὲν ὑμᾶς ἔστιν, ὦ 'νδρες δημόται, Ἀρχαῖον ἤδη προσαγορεύειν καὶ σαπρόν. cf. Nub. 910. 980. Antiphanes ap. Athen. I. p. 12. C. de Homero Οὕτω *σφόδρ' ἦν ἀρχαῖος.*

326. **Ὑψήγορος.** *Altiloquus.* quod Homerus *ὑψαγόρας* dicit.

327. **Ἐπίχειρα.** *Merces.* Τἀπίχειρα, *τὸν μισθόν, τὰς ἀμοιβάς.* Suid. *οἱονεὶ οἱ τῶν χειρὶ πονούντων μισθοί.* Etymol. M. Conf. Hesych. et Schol. ad Aristoph. Vesp. 577. et omnino Hemsterhus. ad Lucian. I. p. 106. *ξιφέων ἐπίχειρα* Sophocl. Antig. 819. Tragicus incertus (Sophocles, credo) apud Clem. Alex. Strom. IV. p. 586. *ὅθ' οὕνεκ' ἀρετὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνη* Οὐκ *ἐκ θυραίων τἀπίχειρα λαμβάνει,* Αὐτὴ *δ' ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει.* quem imitatus est Claudianus de Mall. Theod. Cons. 1. *Ipsa quidem virtus pretium sibi.* Sed et ante eum Ovidius de Pont. II. v. *Non facile invenias multis e millibus unum, Virtutem pretium qui putet esse sui:* scilicet, quod ait Juvenalis, *quis enim virtutem amplectitur ipsam, Præmia si tollas?*

331. **Κῶλον.** *Pes.* proprie vero *Membrum:* Zenobius V. 70. Πρὸς *κέντρα λακτίζειν, παροιμία, ἧς μέμνηται* Εὐριπίδης, Πρὸς *κέντρα λακτίζοιμι θνητὸς ὢν θεῷ.* (Bacch. 794.) *καὶ* Αἰσχύλος *δὲ ταύτης μέμνηται.* (Agam. 1635.) Cf. Pindar. Pyth. II. 173. Act. Apost. IX. 5.

332. **Ὑπεύθυνος.** *Rationi reddendæ obnoxius.* Optime exprimitur ab Anglica voce *accountable.* *εὔθυναι* dicebantur rationes, quas magistratus apud Athenienses, quum munus deponerent, reddere cogebantur. Pers. 213. Xerxes dicitur *οὐχ ὑπεύθυνος πόλει,* sicut Pelasgus *πρύτανις ἄκριτος* Suppl. 367. Choeph. 713. Αἰνῶ *δὲ πράσσειν ὡς ὑπευθύνῳ τάδε.*

335. ***Λαβροστομέω.** *Intemperanter loquor,* a *λαβρός,* quæ vox proprie de aqua torrente dicitur. Hesych. *Λαβροστομία, ἡ διάχρηστος λαλία.* ubi Toupius post H. Steph. legit *ἄχρηστος.* Dicebant quoque *λαβραγορεῖν* et *λαβρεύεσθαι.*

336. ***Περισσόφρων**. *Sapiens plusquam satis est.* Quod Euripides vocat ἄγαν σοφός. A πέρισσος et φρήν.

337. **Προστρίβω**. *Infligo, Attero.* Προστρίβεται· προσπήσσεται. Hesych. quem Toupius hunc locum spectare credit; sed lege προσπλήσσεται. Aristoph. Eq. 5. Πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις.

338. **Ζηλῶ σε**. *Invidendum te puto.* μακαρίζω σε. Hesych. Locutionis forma, quæ cum admiratione quadam gratulatur. Pers. 718. νῦν τέ σε ζηλῶ θανόντα, πρὶν κακῶν ἰδεῖν βάθος. Eurip. Med. 59. Ζηλῶ σ'· ἐν ἀρχῇ πῆμα, κοὐδέπω μεσοῖ. Sæpe usurpatur in hoc sensu μακαρίζω, rarius ὀλβίζω, notante Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 415. Thom. M. Ζηλῶ δὲ τὸ μακαρίζω, ἀπὸ αἰτιατικῆς εἰς γενικὴν συντασσόμενον· ὡς τὸ Ζηλῶ σε τοῦ νοῦ, παρὰ Σοφοκλεῖ. (Electr. 1027.) Eadem fere Ammonius p. 65. Vocem ζῆλου in Soph. Ajac. 503. Scholiasta explicat per μακαρισμοῦ. Thucyd. V. 105. μακαρίσαντες ὑμῶν τὸ ἀπειρόκακον, οὐ ζηλῶμεν τὸ ἄφρον. Archytas apud Galei Fragm. Pythagoreorum p. 15. γίνεται δὲ ὁ μὲν ἔπαινος ἐπ' ἀρετᾷ, ὁ δὲ μακαρισμὸς ἐπ' εὐτυχίᾳ. Vid. Valckenaerii nott. in Thom. Magist. p. 162.

339. Recte Stanleius vertit *Quum omnium particeps fueris, omniaque ausus sis mecum.*

340. **Ἔασον**. Vel subaudiendum est ἐμέ, ut apud Homer. Il. Φ. 221. Ἀλλ' ἄγε δή, καὶ ἔασον· ἄγη μ' ἔχει, ὄρχαμε λαῶν. Il. Δ. 42. Μήτε διατρίβειν τὸν ἐμὸν χόλον, ἀλλά μ' ἔασον. vel τόδε, sc. τὸ προσελθεῖν τῷ Διΐ, uti explicant Scholiastæ: vel etiam αὐτόν, sc. Δία. Sed secundam interpretandi rationem præfero. Sophocl. Œd. Col. 593. Ὅταν μάθῃς μου, νουθέτει· τανῦν δ' ἔα. sc. τὸ νουθετεῖν.

342. **Παπταίνω**. *Circumspicio.* Παπταίνειν· περιβλέπειν πανταχῇ. Hesych. Παπταίνων, ὁ πανταχόσε περιβλεπόμενος, πανταχόσε τοὺς ὀφθαλμοὺς ῥίπτων, ὡς μὴ λάθοι αὐτόν. Schol. Venet. ad Il. Δ. 200.

Vox est Homerica. Paullo aliter Sophocl. Antig. 1230. Τὸν δ' ἀγρίοις ὄσσοισι παπτήνας ὁ παῖς.

Ibid. **Μή τι πημανθῇς ὁδῷ.** *Ne quid detrimenti ex hoc itinere susceperis.* i. e. *ne hoc itinere Jovem offenderis.* Cf. v. 1070.

343. **Φρενόω.** *Instruo.* Φρενοῦν· διδάσκειν, νουθετεῖν. Hesych. εἰς φρόνησιν ἄγειν. Schol. ad Sophocl. Trachin. 52. Noster. Agam. 1185. φρενώσω δ' οὐκέτ' ἐξ αἰνιγμάτων. Choeph. 114. Εὖ τοῦτο, κἀφρένωσας οὐχ ἥκιστά με. Cf. Eurip. Ion. 526. Xenoph. Mem. II. vi. 1. Quod ad sententiam attinet conferri potest Menander, Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. unde Terentius Heaut. V. i. 49. *Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare, Foris sapere, tibi non posse auxiliarier.*

345. **Ἀντισπάω.** *In diversum traho.* Aristoph. Pac. 492. οὐ δεινὸν Τοὺς μὲν τείνειν, τοὺς δ' ἀντισπᾷν.

348. **Τὰ μέν.** *Ob hanc caussam,* vel *ex hac parte.* Plerumque opponitur τὰ δέ, ut τοῦτο μέν, τοῦτο δέ Herodot. I. 30. Eurip. Androm. 211. ταῦτά τοι σ' ἔχθει πόσις. Nescio tamen annon τὰ μὲν σ' ἐπαινῶ in hoc loco sit τὰ μὲν σὰ ἐπαινῶ. Eliditur σά ante longas vocales Sophocl. Œd. T. 405. Philoct. 339. ante brevem vero Electr. 1499. Eurip. Hel. 586.

352. **Σαυτὸν ἐκποδὼν ἔχων.** *Teipsum semotum tenens.* Ita cum Schol. et Stanleio intelligo. Choeph. 18. Πυλάδη, σταθῶμεν ἐκποδών. Cf. Sophocl. Ajac. 1000. Antig. 1327. 1341. Eurip. Hec. 52. Phœniss. 40. Alcest. 649. Suppl. 1113. Schol. ad Aristoph. Thesmoph. 36. Plura videas ap. Valckenaer. nott. in Thom. Magist. p. 158.

357. **Κίων.** *Columna.* Homer. Od. A. 53. de Atlante, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς Μακράς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι. Herodot. IV. 184. ἔχεται δὲ τοῦ ἁλὸς τούτου οὖρος, τῷ οὔνομά ἐστι Ἄτλας· . . . . τοῦτο κίονα τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι οἱ ἐπιχώριοι εἶναι.

Schol. Apollon. Rhod. III. 106. Ἴβυκος δὲ ἐπὶ τῶν τὸν οὐρανὸν βαστα-ζόντων κιόνων ῥαδινοὺς ἀντὶ τοῦ εὐμεγέθεις λέγει. Pindar. Pyth. I. 36. κίων δ' οὐρανία συνέχει, νιφόεσσ' Αἴτνα.

358. Ἐρείδω. *Fulcio.* Frequentius a tragicis in sensu *defigendi* usurpatur.

Ibid. Εὐάγκαλος. *Ulnis facile gestandum.* Εὐάγκαλον· εὐβάστακτον. Photius Lex. MS. et Hesychius, hunc locum respicientes. Aelianus ap. Suid. in v. ὁ δὲ Αἰνείας πατέρα ἐπιθέμενος τοῖς ὤμοις, ἐξῆγε φόρτον, ὡς υἱεῖ φιλοπάτορι καὶ τοῦτον εὐάγκαλον.

359. Γηγενής. *Terrigena.* Apollodor. I. 6. 3. secutus Auctorem Theogon. 820. narrat Terram, post debellatos a superis Gigantas, a Tartaro Typhona concepisse : atque ita Schol. in Platon. ed. Ruhnken. p. 55. Auctor vero Hymn. Homerid. in Apoll. 306. Junonem eum peperisse tradit, quicum facit Stesichorus apud Etymol. M. p. 772, 50. Scholiasta vero Villoisoni ad Iliad. B. 783. eum ex ovo genitum fuisse ait, quo Junonem donaverat Saturnus. Cetera de Typhone historia hæc est. Quum cœlum invasit, dii præ metu in Ægyptum confugerunt, relictis tantum Jove et Minerva; ibi vero, ut monstrum eluderent, formas alii aliter mutarunt, ut ex Nicandro tradit Antonin. Liberal. 28. Ovid. Met. V. 290. Jupiter autem Typhona fulgure percussit, diuque insecutus, monte tandem Ætnæo obruit. Sed στασιάζεται ἡ περὶ Τυφῶνος ἱστορία, inquit Schol. in Pindar. Pyth. I. 31. Homerus Iliad. B. 781. Γαῖα δ' ὑπεστονάχιζε, Διῒ ὣς τερπικεραύνῳ Χωομένῳ ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωέϊ γαῖαν ἱμάσσῃ Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. ubi in Schol. Venet. pro Τυφὼν δὲ εἷς τῶν γιγάντων, Γῆς ὢν κύριος καὶ Ταρτάρου, legendum est, Γῆς ὢν υἱὸς καὶ Ταρτάρου. Æschylus, Pindarum secutus, Ætnam Typhoni impositam narrat, Callimachus Encelado, Horatius Gigantibus III. 4. Pherecydes ap. Schol. in Apollon. II. 1215. Typhona sub insula Pithecusa jacere tradit; alii in Ægypto, ut Herodot. III. 5. Apollonius in loco citato: cf. Schol. in Pindar. Ol. IV. 11. Nicander Æschylum sequitur.

Ibid. **Κιλικίων ἄντρων.** Pindar. Pyth. I. 31. Τυφὼς ἑκατόγκρανος, τόν ποτε Κιλίκιον θρέψε πολυώνυμον ἄντρον. quæ Scholiasta noster Hesiodo tribuit.

360. **Δάϊον τέρας.** *Miserabile* vel *hostile prodigium.* Δάϊον τέρας· τὸ πολεμικόν. Lex. MS. ap. Bibl. Coislin. p. 236. πολεμικὸν σημεῖον Hesych. Sed respicit uterque Eurip. Phœniss. 1027. Δάϊον κοινῶς τὸ πολέμιον, Ἀττικῶς δὲ τὸ δύστηνον. καὶ Αἰσχύλος ἀντὶ τοῦ ἀθλία κέχρηται τῇ λέξει. Schol. ad Sophocl. Ajac. 795. Atticum usum notavit Musgravius ad Eurip. Herc. F. 1025. In hoc loco pro ἄθλιον positum videtur.

362. **Τυφών, Τυφώς, Τυφάων, Τυφωεύς,** et **Τυφωνεύς,** de eodem dicebant veteres. Attici Τυφώς plerumque adhibebant, ceteri Τυφών, teste Mœride. Hesychius Τυφῶ, ἀντὶ τοῦ Τυφῶνος. Σοφοκλῆς.

Ibid. **Θοῦρος.** *Acer.* Θοῦρον· πηδητικόν, ὁρμητικόν, πολεμικόν. Hesych. Pers. 137. τὸν αἰχμάεντα θοῦρον εὐνατῆρα. Eurip. Suppl. 579. θοῦρος Ἄρης. Notatu dignum est Martem, vel similem Martis deum apud Getas *Thor* vel *Thur* audiisse, de quo vide omnino Thomam Gale Opusc. Mythol. p. 56. not.

363. **Σμερδνός.** *Terribilis.* καταπληκτικός. Schol. Venet. ad Il. E. 742. cujus absurdam etymologiam exscribunt auctor Etymol. M. Scholiasta noster A. et Schol. Oppian. Hal. I. 447.

Ibid. **Γαμφηλή.** *Maxilla.* Γαμφηλῆσι· σιαγόσι. Hesych. a γάμπτω, vetere forma verbi κάμπτω. Apollon. Lex. Homer.

Ibid. **Συρίζω.** *Exsibilo. Exspiro.* a σύριγξ *fistula.* Sophocl. Ajac. 1412. ἔτι γὰρ θερμαὶ Σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν Μένος. Erotian. Lex. Hippocrat. Ἀπεσυριγγώθη· ἀπεφυσήθη καθάπερ αἱ πνευματικαὶ σύριγγες.

Ibid. **Φόνος.** *Cædes. Cruor.* Posteriorem sensum in hoc loco

malim: vid. locum ex Hymn. Homer. in notis citatum. Eumen. 184. θρόμβους φόνου. Theb. 44. ταυρείου φόνου. Apollon. II. 1215. Ἔνθα Τυφάονα φασὶ Διὸς Κρονίδαο κεραυνῷ Βλημένον, ὁππότε οἱ στιβαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας, Θερμὸν ἀπὸ κρατὸς στάξαι φόνον.

364. Γοργωπός. *Aspectu torvus.* De oculis Eurip. Herc. F. 868. 1266. Dicitur et γοργώψ. vid. Porson. ad Med. 1363. Γοργῶπις feminin. occurrit Sophocl. Ajac. 450. Cf. Arnald. Animadv. p. 25.

366. Ἄγρυπνος. *Insomnis.* Lexicographi ducunt ab ἄϋπνος. κατὰ πλεονασμὸν τοῦ γρ. absurde. Vox formata videtur ab ἄγρω vel ἔγρω *excito.*

367. Καταιβάτης. *Descensor.* τῶν κεραυνῶν οἱ μὲν καταιβάται, οἱ δὲ ψολόεντες, οἱ δὲ ἀργῆτες καλοῦνται, ὡς Ὅμηρος ὠνόμασεν. Schol. ad Aristoph. Equit. 693. a Stanleio citatus. Bidentalia, sive loca fulgure contacta, Græci ἐνηλύσια vocabant, atque Διὶ καταιβάτῃ consecrabant. Schol. ad Aristoph. Pac. 42. Hesych. et Etymol. M. v. Ἐνηλύσια. Διὸς Καταιβάτου aram memorant Pausanias Eliac. I. 14. Apollodorus ap. Schol. Sophocl. Œd. Col. 702. cf. Lycophron 1370. Alberti ad Hesych. in v.

368. Ἐκπλήττω. vid. supra ad v. 136.

Ibid. Ὑψήγορος. supra v. 326.

369. Κόμπασμα. *Jactatio.* Euripides Aristophanis Ran. 971. Æschyli dictionem vocat Οἰδοῦσαν ὑπὸ κομπασμάτων καὶ ῥημάτων ἐπαχθῶν. Occurrit Theb. 551.

370. Φεψαλόω. *In cineres redigo.* a φέψαλος *scintilla,* vel *carbo,* σπινθήρ, ἄνθραξ. Hesych.

Ibid. *Ἐκβροντάω. *Attonitum facio. Tonitru conficio.*

371. **Ἀχρεῖος.** *Debilis.* Χρῶ ἐστι ῥῆμα δηλοῦν τὸ ἅπτομαι καὶ πλησιάζω· οὗ παράγωγον χραύω· ἀφ' οὗ ἔχραε τὸ ἐβάρυνε, καὶ μετὰ τοῦ ᾱ τοῦ στερητικοῦ Ἀχρής, καὶ Ἀχρεῖον, τὸ ἀσθενές, καὶ βάρους μὴ μέτεχον. Schol. Venet. ad Il. B. 269. quem ex Etymol. M. p. 182. correxi. Eurip. Heracl. 57. οὐ γάρ τις ἐστὶν ὃς πάροιθ' αἱρήσεται Τὴν σὴν ἀχρείαν δύναμιν ἀντ' Εὐρυσθέως.

Ibid. **Παρήορος.** *Effuse protensus.* Παρήορος· παρῃωρημένος τῷ σώματι, τουτέστιν ἐκλελυμένος. Schol. Venet. ad Il. H. 156. Metaphora ab equis σειραφόροις ducta. Dionys. Halicarn. A. R. VII. p. 462. quem citant Toupius ad Theocrit. II. p. 328. Valcken. in Adoniaz. p. 243. δυσὶν ἵπποις ἐζευγμένοις, ὃν τρόπον ζεύγνυται συνωρίς, τρίτος παρείπετο Σειραῖος ἵππος ῥυτῆρσι συνεχόμενος, ὃν ἀπὸ τοῦ παρῃωρῆσθαι καὶ συνεζεῦχθαι Παρήορον ἐκάλουν οἱ παλαιοί. Sequitur Eustath. ad Il. Θ. p. 695, 54. Il. I. p. 754, 26. In Theocriti Adoniaz. v. 8. et Archilochi fragm. Stob. p. 561=437. πάραορος et παρήορος significant *fatuus.* Sed in hoc loco et in Homeri versu mihi arridet Scholiastæ Veneti explicatio. παρά in compositis sæpissime debilitatis vel inutilitatis sensum implicat, ut in παράτονος Eurip. Alcest. 400.

372. **Στενωπός.** *Angiportus. Fretum.* στενορύμη διόδων. Photius Lex. MS. et Suidas.

373. **Ἰπόω.** *Premo.* Ἰπούμενος. πιεζόμενος, ἀναγκαζόμενος. Photius Lex. MS. ἰπούμενος apud Hesychium correxerunt Viri docti ab Aristoph. Equit. 920. ἰπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς. Pindar. Pyth. I. 35. de Typhone, Σικελία δ' αὐτοῦ πιέζει στέρνα λαχνάεντα. Ol. IV. 10. Ἀλλ' ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις ἶπον ἠνεμόεσσαν ἑκατογκεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου. Compositum ἀπιπόω habet Herodotus II. 94. ubi vid. Wesseling.

374. **Μυδροκτυπέω.** *Massam ardentem cudo.* a μύδρος, *massa quævis ignita,* et κτυπέω. Μύδρος *ferrum candens* est ap. Callim. H. Dian. 49. Herodot. I. 165. Sophocl. Antig. 265. Pro λίθος sæpe

ponitur; vid. Porson. ad Orest. 971. Zeunius ad Xenoph. Mem. IV. vii. 7. *μυδροκτύπος* occurrit Eurip. Herc. F. 992.

376. Δάπτω. *Voro.* Eurip. Med. 1185. Πέπλοι δὲ λεπτοί, σῶν τέκνων δωρήματα, Λευκὴν ἔδαπτον σάρκα τῆς δυσδαίμονος. Eumen. 1039. πυριδάπτῳ λαμπάδι. Apoll. Rhod. IV. 66. φλὸξ δ' ἀθρόα φάρμακ' ἔδαπτεν. Virgil. Georg. III. 566. *contactos artus sacer ignis edebat.* Sic etiam *ignis edax,* et *avidus Vulcanus.* Choeph. 322. φρόνημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει Πυρὸς μαλερὰ γνάθος. vid. Jacobs. Anim. in Eurip. p. 85. Insignis est Phrynichi locus e fabula Πλευρωνίαις desumtus apud Tzetz. in Lycophr. 433. Κρατός ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπεστρώφα ποδὶ Ὕαντος, ὃς γῆν ναῖεν ἀρχαῖος λεώς, Παιδίας πάντα και παράκτιον πλάκα Ὠκεῖα μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις. ubi manifesto legendum est ὅς γ' ἔναιεν, et Πεδία δὲ πάντα. Pro κρατός, suspicor Κάδμος restituendum esse; Cadmus enim Hyantas e sedibus expulit. Mireris autem forte fortuna evenisse, quod in fragmento ejusdem fabulæ apud Pausaniam Phocic. p. 348. ed. Sylburg. eadem metaphora servata sit. Locus Pausaniæ ita se habet; τὸν δὲ ἐπὶ τῷ δαλῷ λόγον, ὡς δοθείη μὲν ὑπὸ Μοιρῶν τῇ Ἀλθαίᾳ, Μελεάγρῳ δὲ οὐ πρότερον ἔδει (l. δέοι) τὴν τελευτὴν συμβῆναι, πρὶν ἢ ὑπὸ πυρὸς ἀφανισθῆναι τὸν δαλόν, καὶ ὡς ὑπὸ τοῦ θυμοῦ καταπρήσειεν αὐτὸν ἡ Ἄλθαια, τοῦτον τὸν λόγον Φρύνιχος ὁ Πολυφράδμονος πρῶτος ἐν δράματι ἔδειξε Πλευρωνίαις. Κρύερον γὰρ οὐκ ἤλυξεν μόρον· ὠκεῖα δέ νιν=Φλὸξ κατεδαίσατο δαλοῦ=Πραθομένου ματρὸς ὑπ' αἰνᾶς κακομαχάνοιο. Phrynichi versus dedi, prout legendi et distinguendi mihi videntur. Πλευρωνίαις pro vulgato Πλευρῶνι· ἐς, correxit Facius; quod prætervíderunt magni viri Scaliger ad Manil. p. 364. et J. F. Gronov. Obs. II. 11. p. 293. Optime Sylburgius πρηθομένου et αἰνᾶς pro περθομένου et αἰᾶς. Eadem opera apud Suidam in v. Φρύνιχος, pro Πλευρώνια, reponamus Πλευρώνιαι. De historia cf. Choeph. 601. Ceterum monendum est voces ἀγρίαις γνάθοις occurrere Choeph. 278.

377. Καλλίκαρπος. *Pulchros fructus gignens.* Exempla poetica in Lexicis desunt. Eurip. Herc. F. 454. Pelasgiam καλλίκαρπον vocat. Bacch. 108. Σμίλακι καλλικάρπῳ.

Ibid. **Λευρός.** *Levis. Planus.* infra 402. Homer. Od. H. 123. Eurip. Hec. 693. Bacch. 980. Phœniss. 850.

Ibid. **Γύης.** *Sulcus. Ager.* Sophocl. Antig. 569. Œd. Col. 58. Meleagro ap. Lucian. Lapith. p. 437. Eurip. Hecub. 453. Porson. Ed. 3. Heracl. 839. ubi vid. Elmsleium. vid. Toup. in Suid. I. p. 190.

378. ***Ἐξαναζέω.** *Ebullio,* a *ζέω bullio.* Apollon. IV. 392. *Ὣς φάτ' ἀνιάζουσα βαρὺν χόλον.* Ruhnken. Epist. Crit. p. 224. emendat *ἀναζείουσα,* conferens, præter nostri locum, Eurip. Hecub. 1046. *Θυμῷ ζέοντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ.* ubi Ruhnkenius *θυμόν.* Paullo aliter Theb. 709. *Ἐξέζεσεν γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα.* i. e. *evenerunt.* quod Persius II. 10. *ebullire* dicit. Eurip. Hecub. 581. *Δεινόν τι πῆμα Πριαμίδαις ἐπέζεσε.* Herodot. VII. 13. *παραυτίκα μὲν ἡ νεότης ἐπέζεσε.* Diotogenes Pythagoreus ap. Stob. XLVI. p. 296. ed. Trincav. *περὶ τὸ θυμοειδές· τοῦτο γὰρ τὸ* ZEON *καὶ δυναμικὸν μέρος τᾶς ψυχᾶς.*

379. **Ἄπληστος.** *Inexplebilis. ἄπληστον δὲ (λέγει), διότι τὸ πῦρ ὕλης δραξάμενον, οὐ κορέννυται* Schol. A. Pene suspicor legendum esse *ἀπλάτου,* (Schutzii *ἀπλήτου* Ionicum est) e Pindaro Pyth. I. 40. *Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἁγνόταται ἐκ μυχῶν παγαί.* Sophocl. Trach. 1109. *λέοντ', ἄπλατον θρέμμα, κἀπροσήγορον.* Homines ætatis ærei dicuntur *ἄπλατοι* apud Hesiod. Op. Di. 147. Moeris p. 24. *Ἄπλατον, Ἀττικῶς. ἄπλετον, Ἑλληνικῶς.* ubi vid. Pierson. *ἄπλητον χόλον* pro *ἄπληστον* Homer. H. Cer. 8. Agam. 102. *Ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον.* Vid. Elmsleium ad Eurip. Med. 150.

Ibid. **Ζάλη.** *Procella. συστροφὴ ἀνέμων μεγάλων.* Hesych. *ἡ ταραχὴ τῆς θαλάσσης, καὶ ἡ χάλαζα.* Lex. MS. ap. Bibl. Coislin. p. 233. Agam. 658. *ζάλῃ ὀμβροκτύπῳ.* Sophocl. Ajac. 351. *φοινίας ὑπὸ ζάλης.* Vox sæpius apud recentiores occurrit.

380. **Ἀνθρακόω.** *In cineres redigo.* ab *ἄνθραξ carbo.* Eurip.

Cycl. 609. *δαλὸς ἠνθρακωμένος Κρύπτεται εἰς σποδιόν.* ibid. 659. *κατηνθρακώμεθ' ὀφθαλμοῦ σέλας.* Noster in Orithyia apud Longin. 3. *Στέγην πυρώσω καὶ κατανθρακώσομαι.* Sophocl. Electr. 557. *Φλογιστὸν ἤδη καὶ κατηνθρακωμένον.*

383. Ἀντλέω. *Exantlo. Haurio.* Eurip. Hipp. 902. *λυπρὸν ἀντλήσει βίον,* ubi vid. Monk. Plura dabunt Gatakerus ad M. Anton. p. 181. Davis. ad Cic. Tusc. I. 49.

384. Λωφάω. *Quiesco.* vid. supra v. 27.

386. Ὀργή. Plerumque *ira.* interdum pro *ψυχή* vel *τρόπος* ponitur, uti in hoc loco intellexit Plutarchus. Hesych. *Ὀργή· τρόπος.* Sophocl. Ajac. 639. *Οὐκ ἔτι συντρόφοις ὀργαῖς ἔμπεδος.* 1141. *ἐμφερὴς ἐμοί, Ὀργὴν θ' ὅμοιος.* Antig. 355. *ἀστυνόμους ὀργὰς ἐδιδάξατο.* Pindar. Pyth. I. 173. *ἐυανθεῖ δ' ἐν ὀργᾷ παρμένων.* Theognis ap. Athen. XII. p. 513. D. *πουλύπου ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου.* Herodot. VI. 128. *διεπειρᾶτο αὐτέων τῆς τε ἀνδραγαθίης καὶ τῆς ὀργῆς.* Hippocrat. de Aer. et Aq. 24. *λαμπρόφωνοί τε οἱ ἄνθρωποι, ὀργήν τε καὶ ξύνεσιν βελτίους εἰσὶ τῶν πρὸς τὸν βορέην.* ubi vid. Coray. et cf. Wass. ad Thucyd. I. 140. Hering. Obs. p. 49.

388. Σφριγάω. *Tumeo.* *σφριγᾷν* vel *σπαργᾷν* proprie dicuntur ubera lacte distenta. Hesych. *Σφριγᾷ· πλήρης τυγχάνει—μάλιστα δὲ ἐπὶ θηλείας.* Verbum doctissime illustrat Ruhnkenius ad Timæum p. 244. Eurip. Suppl. 478. *μὴ—Σφριγῶντ' ἀμείψῃ μῦθον.*

Ibid. Ἰσχναίνω. vid. supra 277.

391. *Κουφόνουν εὐηθίαν. *Stultitiam levis animi.* *εὐηθὴς* modo de *bonis moribus,* modo de *fatuis* dicitur; *εὐηθία* semper, ni fallor, *stultitia* est, ut in Eurip. Hippol. 639. Eodem modo Latini *simplex* duplici sensu usurpabant. Cf. quæ dixi ad v. 17. de voce *εὐωριάζω.* Gataker. de Stylo N. T. 3. Duker. ad Thucyd. III. 83. Pierson. ad Mœrin p. 143. Alberti in Hesych. v. *εὐηθής.* Ruhnken. ad Timæum p. 132.

394. Ἀπλάκημα. vid. supra 112.

396. Θρῆνος οὑμός. *Dolor ob me susceptus.* ut τὴν ἐμὴν αἰδῶ Pers. 698. πένθος πατρός Choeph. 294. σῇ ποθῇ ap. Homer. Il. T. 321. τοὐμοῦ πόθου, Sophocl. Œd. T. 969. τῷ 'μῷ πόθῳ. Œd. C. 332. σῇ προμηθίᾳ. ibid. 419. σοῖς πόθοις. 1412. τῆς ἐμῆς ὑπουργίας Aristot. Hymn. ad Virtut. apud Stob. p. 7. προνοίᾳ τῇ σῇ, Eurip. Androm. 660. δυσμενείᾳ σῇ Hippol. 962. Si quis exempla similis constructionis apud Latinos quærat, adeat Sanctii Minerv. II. xiii. 188. θρῆνος proprie est *lamentatio, cantus funebris.*

397. Θακέω. vid. supra 288.

401. Θωΰσσω. supra 73.

402. Λευρός. supra 377. Οἶμος supra 2.

Ibid. Ψαίρω. *Rado.* Schol. Oppian. Hal. II. 115. τὸ ψαίρειν κυρίως ἐπὶ τοῦ ἱστίου, ὅτε μὴ εὐπλοεῖ εὐφόρῳ ἀνέμῳ. Virgil. *Radit iter liquidum.* sensu paullum diverso a ψάω, vel ψῆμι, et ψαύω, etsi eandem omnibus potestatem tribuit Valcken. ad Phœniss. 1309. cujus notam omnino adeas. Anglice verterim ψάω *scrape,* ψαύω *touch,* ψαίρω *graze* vel *raze.* Compositum διαψαίρω occurrit Aristoph. Av. 1717. et in Hermippi Comici fragm. ap. Suid. v. ἀνθέων. Λεπτοὺς διαψαίρουσα πέπλους ἀνθέων γέμοντας.

404. Σταθμός. *Stabulum.* Σταθμοί· ἐπαύλεις, ὅπου ἵστανται ἵπποι καὶ βόες. Hesych. Sophocl. El. 1331. ubi vid. Schol.

Ibid. Κάμψειεν γόνυ. vid. supra 32. et adjice Sophocl. Œd. Col. 19. Οὗ κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου.

406. *Δακρυσίστακτος. *Lacrymas stillans.* Metaphoram παγὰ δακρύων exemplis illustravit Jacobs. Anim. in Eurip. p. 156.

408. Ἀπ' ὄσσων ῥαδινῶν. *Ab oculis teneris.* Ῥαδινός et ῥαδαλός vel ῥαδανός primario sensu *mobilitatem* significant. Apollon. Lex. Homer. Ῥαδινόν· λεπτόν· οἱονεὶ ῥαδανόν, παρὰ τὸ ῥᾳδίως δονεῖσθαι. Schol. in Apollon. Rh. III. 106. Ῥαδινῆς· τρυφερῆς· Ἀνακρέων δὲ ἐπὶ τάχους ἔταξε τὸ ῥαδινόν· Ῥαδινοὺς πώλους. Ἴβυκος δέ, ἐπὶ τῶν τὸν οὐρανὸν βασταζόντων κιόνων, ῥαδινοὺς ἀντὶ τοῦ εὐμεγεθεῖς λέγει. Στησίχορος δὲ ἐπὶ τοῦ εὐτόνου, Ῥαδινοὺς δ' ἐπέπεμπον ἄκοντας. Pro *mollis* usurpat Anyta Epigr. 21. p. 112. Wolf. Epigr. ap. Suid. in voce. Sappho Æolice βραδινὰν Ἀφροδίταν dixit. Alciphr. Ep. VI. p. 24. Σὺ δὲ ῥᾴδιος ὢν τὼ ὀφθαλμώ. Arnald. in Misc. Obs. IV. p. 44. conjicit ῥαδινός; male.

409. Ἀμέγαρτα pro Ἀμεγάρτως. *Immisericorditer.* sensu rariore; plerumque enim significat ἀμέγαρτος *non invidendus.* Hesych. Ἀμέγαρτον· ἀφθόνητον, ἀζήλωτον. ἢ πολύν, ἢ μέγαν· ὡς τὸ Ἀμέγαρτε συβῶτα (Od. P. 219.) Eurip. Hec. 195. ἀμέγαρτα κακῶν. Noster Suppl. 637. Ποίμναν τάνδ' ἀμέγαρτον. Aristoph. Thesm. 1049. πάθος ἀμέγαρτον. Pro *immisericors* Homer. Od. A. 406. ὄρσας ἀργαλέων ἀνέμων ἀμέγαρτον ἀϋτμήν. Agathias Anthol. VII. p. 270. B. τεὴν δ', ἀμέγαρτε, παρειὴν Ἀθρήσω θαμινοῖς δάκρυσι τεγγομένην.

413. Αἰχμή. *Vis.* proprie *hasta,* quam reges antiquos pro sceptro gestasse monet Butlerus.

415. Λέλακε. *Sonuit.* a λήκω verbo inusitato. Eurip. Hecub. 672. 1092.

417. Ξυνομαίμων. *Consanguineus.* idem quod ὁμαίμων. Sic ὁμῆλιξ et συνομῆλιξ, ὅμορος et συνόμορος dicebant.

420. Ἔποικον Ἀσίας ἕδος. *Asiæ sedem vicinam,* vel *sedem in Asia fixam.* ἔποικος proprie opponitur voci ἄποικος.

Ibid. *Μεγαλόστονος. *Magno gemitu dignus.*

421. Συγκάμνω. *Simul doleo.* ut in Eurip. Alcest. 617. κακοῖσι

σοῖσι συγκάμνων. proprie *simul laboro*, ut in Sophocl. Ajac. 988. Electr. 917. συμπόνει πατρί, Ξύγκαμν' ἀδελφῷ. Eurip. Herc. F. 1386.

423. Ἔνοικος. *Incola.* Ἔποικος vel Μέτοικος *Advena*, Ἄποικος *Colonus.*

424. Ἄτρεστος. *Impavidus.* a τρέω *tremo.* Agam. 1404. ἀτρέστῳ καρδίᾳ. Sophocl. Ajac. 364. Eurip. Ion. 1198. ἄτρεστα ναίουσι. Zenodoti Epigr. Anthol. p. 527. ἀτρέστου ματέρ' ἐλευθερίας. Antipater ib. III. v. 2. Ἄμμες δ' ἀτρέστοις ἀνδράσι τερπόμεθα. Eodem sensu dixit Euphorion ἀτρέα δῆμον Ἀθηνῶν, ἀντὶ τοῦ ἀτρέστου, teste Hermogene περὶ ἰδ. p. 333. ubi MS. Caio Gonvil. Ἀθηναίων. Lege Ἀθηνέων. Vid. Porsoni collationem codicis Harleiani Odysseæ Γ. 278.

429. Ὑψίκρημνος. *Alta habens præcipitia.* idem quod ὑψηλόκρημνος v. 5. Noster in Glauci fragm. ap. Schol. in Pindar. Pyth. I. 152. Εἰς ὑψίκρημνον θ' Ἱμέραν ἀφικόμην.

431. Ὀξύπρωρος. *Acutam proram*, i. e. *cuspidem, habens.* Photius Lex. MS. Ὀξυπρώρῳ ταύρῳ· ὀξυκέρατι. Subjiciam composita quædam e πρώρα, quia exempla in Lexicis rariora sunt. ἀνδρόπρωρος Empedocles apud Aristot. Phys. II. 8. Plutarch. in Colot. p. 2058. Ælian. H. A. XVI. 29. Theophylact. Epist. 44. p. 79. Theodor. Prodrom. Epist. ad Trapezuntis Metropolit. p. 547. ἀντίπρωρος Sophocl. Trachin. 223. Eurip. Electr. 846. Rhes. 136. βούπρωρος Sophocl. Trach. 13. vid. Hesych. καλλίπρωρος Æschyl. Theb. 533. Agam. 237.

435. Τιτάν. *Unus e Titanibus,* Cœli et Terræ progenie. Atlas Iapeti Titanis filius fuit, ideoque pariter cum fratre Prometheo Τιτάν vocatur.

436. Ὑπέροχον σθένος. Subaudiendum videtur κατά.

437. Κραταιός. *Validus.* Sic *Validum pondus* Virgil. G. III. 172.

439. *Ὑποστενάζω. *Subtus ingemisco.*

442. Ἄϊς. *Orcus.* ἐν ᾧ οὐδέν ἐστιν ὁρᾷν· καὶ ἡ γενικὴ Ἄϊδος. Etymol. M. p. 42, 43. idem quod Αιδης, sed spiritum habet lenem. Attici Ἄϊς dicebant, solute, sed Αἴδης, ut αἴσσω, οἰστός et similia.

443. *Ἁγνόῤῥυτος. *Pure fluens.*

445. Χλιδή. *Fastus.* τρυφή. Hesych. Prima notione *mollitiem* significavit, dein *luxum* et postea *fastum, arrogantiam.* Χλιδή· ἔκλυσις καὶ μαλακία. Timæus Lex. Platon. p. 276. ubi Ruhnkenius, "Recte Timæus χλιδή repetit a χλίω, quod verbum, a χαλίω contractum, cum suis derivatis primum significat *calore solvo, mollio,* deinde *deliciis frango.*" Mœris Χλιδή, Ἀττικῶς· τρυφή, Ἑλληνικῶς. occurrit v. 475.

Ibid. Αὐθαδία. vid. supra αὐθάδης v. 64.

446. Σύννοια. *Cogitatio.* λύπη, ἔννοια. Hesych. Sophocl. Antig. 279. ἡ ξύννοια βουλεύει πάλαι. Eurip. Orest. 624. Μενέλαε, ποῖ σὸν πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς; Herodot. I. 88. ὁ δέ, συννοίῃ ἐχόμενος, ἥσυχος ἦν. Præter notissimum illud Homeri Ὃν θυμὸν κατέδων, Enniique *Ipse suum cor edens,* conferri potest Hesiodi γυιοβόρους μελεδῶνας, Op. 66. et quæ cum illo contulit Ruhnkenius Epist. Crit. I. p. 81.

447. Προυσελούμενος. *Contumelia affectus.* vide notas. Nequis autem Etymologo fidem haberet de isto Arcadum epitheto, Προσέληνοι, debueram citasse Apollon. Rhod. IV. 264. Ἀρκάδες, οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται. ubi Schol. τινὲς δέ φασιν Ἐνδυμίωνα εὑρηκέναι τὰς περιόδους καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῆς σελήνης, ὅθεν καὶ προσελήνους τοὺς Ἀρκάδας κληθῆναι. Notus est Ovidii de eadem re locus.

449. Διορίζω. *Definio.* Eurip. Phœn. 552. κἀριθμὸν διώρισε.

450. Εἰδυίαισιν ἂν λέγοιμι. *Quum vos hæc sciatis, non opus est ut dicam.* Thucyd. II. 36. μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος.

III. 53. *νῦν δὲ πρὸς εἰδότας πάντα λελέξεται.* VI. 77. ubi vid. Wass. et Duker. Herodot. VII. 8, 15. *ἐπισταμένοισι εὖ οὐκ ἄν τις λέγοι.*

452. **Νήπιος.** "Puer, qui nondum *fari* potest, *non-fans* vel *infans*, ex *νή* et *ἔπος* Græcis dicitur *νήπιος*." Valcken. apud Lennep. Etymol. p. 609. unde et *ignarus* est.

453. **Ἔννους.** *Animum habens. Intelligens.* Ἐννουστάτοις· φρονίμοις. Hesych. Sophocl. Œd. T. 916. *ἀνὴρ ἔννους*, ubi Schol. *συνετός.*

Ibid. **Ἐπήβολος.** *Compos.* Vox metaphorice translata est ab eo *qui scopum ferit.* Timæus p. 116. Ἐπήβολοι· οἱ ἐπιτυχῶς βάλλοντες· ἢ οἱ ἐντυγχάνοντες, ubi exempla præstabit Ruhnkenii nota. Huic loco proximus est ille Sophocl. Antig. 492. *Λυσσῶσαν αὐτήν, οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν.* Idem in Alcmæon. Fragm. I. *φρενῶν ἐπήβολον καλῶν*, quem locum, præter Max. Tyr. citat Eustathius ad Od. B. p. 1448, 5. ubi vocem docte illustrat, ex Porphyrii Quæst. Homer. p. 5. Archippus Comicus apud Etymol. M. p. 357, 26. Πλουτῶν (νῦν) ἐγενόμην χρημάτων ἐπήβολος. Rectius Porphyrius l. c. Ἄρχιππος Πλούτῳ, Νῦν ὡς ἐγενόμην χ. ἐ. Rarius significat *cujus aliquis est compos.* Agam. 544. Τερπνῆς ἄρ' ἦτε τῆσδ' ἐπήβολοι νόσου: i. e. *percussi.* Apoll. Rhod. I. 694. Νῦν γὰρ δὴ παρὰ ποσσὶν ἐπήβολος ἔστ' ἀλεωρή. Herodot. VIII. 111. *τουτέων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ὄντας Ἀνδρίους οὐ δώσειν χρήματα.* Hac autem opera sanandus est Aristænetus Epist. II. 17. *καὶ πολλαχοῦ κατὰ γυναικῶν, ὡς ἐπήβολος, ὡς ἐπὶ τύχης ἔστησα τρόπαια, προσφόρως ἑκάστῃ τὰς ἐρωτικὰς μεθόδους προσάγων.* Recte Mercerus *ἐπιτυχής* conjunctim legit, sed voces *ὡς ἐπιτυχής* manifestam glossatoris manum produnt, ideoque furcis ejiciendæ sunt.

455. **Ἀλλ' ὧν,** &c. *Sed benevolentiam erga eos, quæ in istis quæ donavi eluxit, commemorans.*

458. **Ἀλίγκιος.** *Similis.* Vox Homerica: videtur nata fuisse ex ἧλιξ.

459. **Φύρω.** *Commisceo.* Ἔφυρον· ἔβρεχον, ἐμόλυνον, ἐπάλυνον.

Hesych. vulgo ἔπλυνον. Occurrit Eurip. Hecub. 494. φύρουσα δύστηνον κάρα. et 945. Recentior forma est φυράω, Theb. 48.

Ibid. Εἰκῇ. *Casu fortuito. sine consilio.* ὡς ἔτυχεν. Hesych. Sophocl. Œd. T. 979. Εἰκῇ κράτιστον ζῇν, ὅπως δύναιτό τις. Eurip. Electr. 379. et in Auge apud D. Laert. II. 33. Κράτιστον εἰκῇ ταῦτ' ἐᾷν ἀφειμένα. vid. notas ad Longin. Π. Υ. fin.

Ibid. *Πλινθυφής. *Lateribus contextus.* a πλίνθος *later*, et ὑφαίνω, vel potius antiquo ὕφω *texo*.

460. Πρόσειλος. *Apricus. Soli oppositus.* idem quod προσήλιος, ab εἵλη vel ἕλη *solis splendor*. vid. Ruhnken. ad Timæum p. 96. Restituenda est hæc vox Eupolidi ap. Schol. A. Αὐλὴ πρόσηλος. Lege πρόσειλος. Virgil. Georg. III. 302. *Et stabula a ventis hiberno opponere soli, Ad medium conversa diem.*

Ibid. Ἤισαν. *Noverant.* ᾔδεισαν, ἐγίνωσκον. Suid. Plusquam perfectum verbi εἴδω Attici ita efferebant, ᾔδη, ᾔδεις, ᾔδειν—ᾔστην—ᾔσμεν, ᾔστε, ᾔσαν. vid. Dawes. M. C. p. 231. Pierson. ad Mœrin p. 174. qui ᾔσαν reposuit in Eurip. Cycl. 230. pro vulgato ἴσαν.

Ibid. *Ξυλουργία. *Opera lignaria.*

461. Κατώρυξ. *In defossis specubus*, ut ait Virgilius. Similem fere descriptionem vitæ primigenorum hominum habet Moschio in Stob. Ecl. Phys. XI. ἦ γάρ ποτ' αἰὼν κεῖνος ἦν, ὁπηνίκα Θηρσὶν διαίτας εἶχον ἐμφερεῖς βροτοί, Ὀρειγενῆ σπήλαια καὶ δυσηλίους Φάραγγας ἐνναίοντες· οὐδέπω γὰρ ἦν Οὔτε στεγήρης οἶκος, οὔτε λαΐνοις Εὐρεῖα πύργοις ὠχυρωμένη πόλις κ. τ. λ. Lucret. V. 929. *Multaque per cœlum solis volventia lustra, Volgivago vitam tractabant more ferarum*, &c.

Ibid. Ἀήσυρος. *Levis. Parvus.* Ἀήσυρον· κοῦφον, ἐλαφρόν. Hesych. ἀσθενές, κένον· ἔνιοι κοῦφον, ὑπ' αὔρας φερόμενον. Etymol. M. p. 23, 20. Apollonii Lex. Homer. Ἀήσυρον. κοῦφον. τὸ οἷόν τε ὑπὸ

ἀνέμου σύρεσθαι, τουτέστι ὑπὸ τῆς ἀήτης τῆς ἀνέμου πνοῆς. Apoll. Rhod. II. 1103. *Τυτθὸν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀήσυρος ἀκρεμόνεσσιν,* ubi Schol. *Ἀήσυρος δὲ ὁ ἐλαφρῶς πνέων· ἀπὸ τοῦ ἄω τὸ πνέω.* quicum consentit Eustath. p. 1547, 21. Suidas, *Ἀήσυρον. τὸ λεπτόν. τὸ μετέωρον καὶ κοῦφον. τὸ ἐλαφρόν. παρὰ τὸ ἀέρι σύρεσθαι. ἐπὶ ὀρνέων. Ἀήσυρον κάμψει γόνυ.* Cf. Arnald. Lect. Græc. p. 6. Ruhnken. Epist. Crit. I. p. 87.

464. **Ἀνθεμώδης.** *Floridus.* Lexicis adscribas hunc locum et Eurip. Bacch. 462.

Ibid. **Κάρπιμος.** *Fructifer.* Hesych. *Καρπνά. δένδρα καρπὸν ἔχοντα.* Lege, *Κάρπιμα δένδρα· καρπὸν ἔχοντα.*

468. **Ἀριθμός.** *Arithmetice.* Quæ Æschylus a Prometheo inventa tradit, Sophocles Palamedi tribuit in Nauplio ap. Achill. Tat. Isagog. ad Arati Phænom. I. p. 81. ed. Juntæ fil.

470. *Et memoriam, omnium, quum literarum mater sit, artificem.*

Ibid. ***Μουσομήτωρ.** Vide notas; et supra ad v. 88.

Ibid. **Ἐργάνη.** *Opifex.* vide notas; adjice interpretes ad Hesych. v. *ἐργάτις.* *Ἐργάνη* Minervæ nomen erat. Photius Lex. MS. *Ἐργάνη. ἡ Ἀθηνᾶ, παρὰ τὸ τοῖς ἔργοις ἐπιστατεῖν· ταύτης εὑραμένης τὰς τέχνας.* easdem fere voces, male ab Albertio citatas, habet Etymologus p. 369, 51. Hesychius ab Elmsleio optime emendatus, *Ἐργάνη. ὡς δαπάνη. ἐργασία, ἐργατική, δορυτέχνησις, ἐργάτις. παρὰ δὲ Σαμίοις ἡ Ἀθηνᾶ ἔ. λε. (ἐργάνη λέγεται) ὡς ἐργαστική. καὶ ἐργάναι, αἳ τὸν πέπλον ὑφαίνουσαι.* Sophocles ex emendatione Gatakeri, *Βάτ' εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς ὁ χειρώναξ λεώς, Οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάνην στατοῖς Λίκνοισι προστρέπεσθε.* Horat. 3. C. XII. 5. *operosæque Minervæ.*

471. **Κνώδαλον.** *Animal. Bestia.* *Κνώδαλα κυρίως τὰ θαλάττια θήρια· κινώθαλα γάρ ἐστι τὰ ἐν ἁλὶ κινούμενα. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ χερσαίου φησὶ. κ.τ.λ.* Schol. in Plat. p. 251. quæ descripsit Hesychius.

473. Διάδοχος. *Successor.* sic Eurip. Suppl. 72. διάδοχος γόων. Sophocl. Philoct. 867. Ὦ φέγγος ὕπνου διάδοχον.

474. * Φιλήνιος. *Habenas amans.* nescio an alibi occurrat. Curruum inventio Bellerophonti, vel Ericthonio ab aliis tribuitur. Vid. F. Ursin. et Heyn. ad Virg. Georg. III. 113.

475. Ἄγαλμα. *Ornamentum.* Etymol. M. p. 5, 35. Ἄγαλμα, ἀγαλλίαμα, καλλώπισμα· πᾶν ἐφ' ᾧ ἀγάλλεταί τις καὶ χαίρει, κἂν τε ἱμάτιον ᾖ, κἄν τε εἰκών· οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ ἄγαλμα εἶπον τὸ ξόανον. τὸ δὲ ἄγαλμα παρὰ τὸ ἀγάλλειν. "Ἀγάλλειν proprie est *nitidum reddere, sic aliquid exornare, ut oculos grata sua specie exhilaret.* Vim verbi ἀγάλλειν retinet inde ortum ἄγαλμα, recteque adeo ab antiquis Grammaticis exponitur καλλώπισμα πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται καὶ χαίρει." Ruhnken. ad Timæum p. 4. Etymologi verba aliter distinguens. Agam. 741. ἀκασκαῖον δ' ἄγαλμα πλούτου.

Ibid. * Ὑπέρπλουτος. *Supra modum dives.* Aristoph. Plut. 354. dicit ὑπερπλουτεῖν. sic infra ὑπέρπικρος.

477. * Λινόπτερος. *Linteas alas* (i. e. *vela*) *habens.* Oppian. Cyneg. I. 121. λινοπτερύγων ὅπλα νηῶν. Eurip. Iph. A. 251. naves πτερωτὰ ἅρματα vocat. Stanleius Homerum citat, Od. Δ. 708. Νηῶν ὠκυπόρων ἐπιβαίνεμεν, αἵθ' ἁλὸς ἵπποι Ἀνδράσι γίγνονται. Conferri possunt Eurip. Med. 1119. Iph. T. 410. Sophocl. Trach. 667. Versus creticus ap. Dion. Hal. de Comp. V. p. 227. Οἱ δ' ἐπείγοντο πλωταῖς ἀπήνησι χαλκεμβόλοις.

481. Αἰκής. idem quod ἀεικής. Anglice *Unseemly.* vid. supra v. 93.

Ibid. Ἀποσφαλεὶς φρενῶν. *Qui e mente excidisti.* i. e. *qui deliras.* Solon. ap. Plutarch. in Vita ejus p. 157. περιβαλὼν δ' ἄγραν ἀγασθεὶς οὐκ ἀνέσπασεν μέγα Δίκτυον, θυμοῦ γ' ἁμαρτὼν καὶ φρενῶν ἀποσφαλείς. Eurip. Hipp. 1412. δόξης γὰρ ἦμεν πρὸς θεῶν ἐσφαλμένοι. Paullo aliter γνώμης ἀποσφαλεῖσιν Pers. 392. dicitur de barbaris, quibus *spes exciderat.* Eurip. Iph. A. 742. ἐλπίδος δ' ἀπε-

σφάλην, pro quo Herodotus VII. 203. dixit ἐκπεσεῖν δόξης. Theognis ap. Stob. I. Καὶ γὰρ ἐγὼ γνώμης πολλάκις ἔκτος ἔβην. Suid. Ἀποσφαλείς. παρατραπείς. ὀλισθήσας. τῆς εὐθείας ἐκτραπείς. Anglice verteris, *Out of your mind.*

486. Μάω—Μάομαι. *Exquiro.* Τὸ ζητεῖν Δωριεῖς λέγουσι μῶ, μῶται (l. μᾶται) τὸ τρίτον πρόσωπον παρ' Ἐπιχάρμῳ, καὶ μῶνται παρ' Εὐθυφορίωνι, (l. Εὐφορίωνι) καὶ μώμεναι ἡ μετοχὴ παρὰ Σοφοκλεῖ. Helladius ap. Photii Biblioth. p. 1582. cujus Grammatici locum ibid. p. 1574. hanc occasionem nactus, ex optimo MSto in Bibliotheca Collegii SS. Trinitatis apud Cantabrigienses, corrigam. Ὅτι τὴν Μοῦσαν ἐτυμολογοῦσιν ἀπὸ τοῦ μαιοῦσάν τινα εἶναι· ἡ γὰρ μουσικὴ παίδευσις οὐδὲν μυστηρίων διαφέρει. Manifesto verum est, quod præbet MS. μύουσάν τινα εἶναι. Idem codex lacunam in impressis p. 1586. ita supplet. ὅτι χλιδὴ μὲν ἡ τρυφή. καὶ βρενθύεται σημαίνει μὲν τὸ ἀλαζονεύεσθαι. Vid. Hemsterhus. ad Lucian. I. p. 368. Etymologus in v. Μοῦσα Epicharmi locum profert; Πύῤῥαν γε μῶ καὶ Δευκαλίωνα. Sed nusquam alibi activam vocem offendi: in media satis frequens est. Theogn. 767. ἀλλὰ τὰ μὲν μῶσθαι, τὰ δὲ δεικνύναι, ἀλλὰ δὲ ποιεῖν, ubi nescio an scribendum μᾶσθαι. Hinc vox rarissima Μάσμα, μάστευμα, ζήτημα. οὕτως Κρατῖνος. Phot. Lex. sed male, credo, pro μᾶμα. Conf. Cornut. de Nat. D. 14.

488. Βρώσιμον—Χριστὸν—Πιστόν. Quod hic βρώσιμον et πιστόν vocat, in Agamemn. 1410. ἐδανόν et ποτόν dixit. Quatuor sunt φαρμάκων genera, quorum præcipue mentio fit apud auctores Græcos; φάρμακα χριστά, παστά, πλαστά, et πιστά vel πότιμα: quibus interdum additur quintum genus τὰ βρώσιμα, et sextum ἐπῳδαί, prout eis ad *ungendum, inspergendum, emplastro obtegendum, bibendum, edendum* vel *excantandum* utebantur. Schol. Aristoph. Plut. 717. τῶν φαρμάκων τὰ μέν ἐστι καταπλαστά, τὰ δὲ χριστά, τὰ δὲ ποτά. ubi vid. Hemsterhus. Schol. Venet. ad Il. Δ. 191. τρεῖς δὲ φαρμάκων ἰδέαι, ἐπίπαστα, ὡς ἐπὶ Μενελάῳ. χριστά, ἰοὺς χρίεσθαι· πότιμα, ὡς ἐπὶ Ἑλένης. Eurip. Hippol. 521. Πότερα δὲ χριστόν, ἢ ποτὸν τὸ φάρμακον; Idem in Ino ap. Stob. XXXVIII. p. 149. Grot.

Ibid. Ἀταρβής. *Qui nullum metum incutit. Placidus.* Moschus II. 50. Ἐν δ' ἦν Ζεύς, ἐπαφώμενος ἠρέμα χειρὶ θεείῃ Πόρτιος Ἰναχίης.

877. **'Αρδεύω.** *Rigo.* ab ἄρδω. Pers. 806. ἔνθα πεδίον 'Ασωπὸς ῥοαῖς ἄρδει.

878. **Γέννα πεντηκοντόπαις θηλύσπορος.** *Genus e quinquaginta puellis constans.*

881. **'Ανέψιος.** *Patruelis.*

Ibid. **'Επτοημένοι φρένας.** *Animos vehementer perculsi,* amore scilicet. Verbum est usitatissimum in rebus hujusmodi, notante Toupio in Longin. X. ad Sapphus locum, τό μοι 'μὰν καρδίαν ἐν στάθεσιν ἐπτόασεν. Apollon. Rhod. I. 1232. τοῦ δὲ φρένας ἐπτοίησεν Κύπρις. Eurip. Iph. Aul. 586. Ἔρωτι δ' αὐτὸς ἐπτοάθης. Hesiod. Op. 447. πρὸς ὁμήλικας ἐπτοίησε θυμός. Callimach. H. Dian. 191. ἧς ποτε Μίνως Πτοιηθεὶς ὑπ' ἔρωτι κατέδραμεν οὔρεα Κρήτης. ubi vide Ernest. Hesych. Πτοιᾶσθαι λέγεται τὸ παρορμᾶσθαι πρὸς τὰ 'Αφροδίσια. Quare docte Dioscorides apud Galen. Lex. Hippocrat. p. 96. ed. H. St. dixit μανικῶς ἐπτοημένον περὶ τὰ ἀφροδίσια. cf. Proclum ad Hesiod. Op. I. p. 31. Contra Plato Phæd. 13. οὐκοῦν καὶ ἡ σωφροσύνη—τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι. Sympos. 25. πτοίησις περὶ τὸ καλόν. Haud multum aliter dicit Persius I. 19. *ingentes trepidare Titos.* De simplici pavore usurpatur in Choeph. 533. Theognid. 1012. Anacreon. ap. Athen. IX. p. 396. Confer Gataker. in M. Antonin. IV. 19. Harpocrat. v. 'Αγρίους. Schaefer. ad Dionys. Halic. p. 10.

882. **Κίρκος.** *Accipiter.* Confer Horat. C. I. xxxvii. 17.

884. **Φθόνον δέ, κ. τ. λ.** *Sed illarum deus invidebit corpora.* i. e. *non committet, ut iis potiantur Ægypti filii.* Ita vertit Siebelis in Diatrib. ad Pers. p. 118. Aliter Hermannus "*faciet deus invidiam filiabus Danai propter cæsa sponsorum corpora.*" Quæ interpretatio plane falsa est, quia cædes sponsorum nondum narratur: idem vero rectius in Annotat. ad Viger. p. 723. Butlerus tria illa verba Πελασγία δὲ δέξεται parenthesi includit.

887. Αἰών. *Vita.* Hesych. v. Αἰών. Εὐριπίδης Φιλοκτήτῃ αἰῶνα τὴν ψυχὴν λέγει. Homer. Il. X. 58. φίλης αἰῶνος ἀμερθῇς. quem imitatur Simonides Anthol. III. xxiii. 15. Ἦ καὶ Τίμαρχον γλυκερῆς αἰῶνος ἄμερσας. Π. 453. Αὐτὰρ ἐπειδὴ τόν γε λίπῃ ψυχή τε καὶ αἰών. et alibi sæpius. Choeph. 467. αἰῶν' ἀναιρεῖν.

888. Ἐν σφαγαῖσι. Id est, *in jugulo.* Male Stanleius vertit *cæde tingens.* Eurip. Orest. 285. Μὴ τῆς τεκούσης εἰς σφαγὰς ὦσαι ξίφος. Polyænus VIII. 48. τὸ ξίφος καθεῖσα διὰ τῆς σφαγῆς. Virg. Æn. XII. 357. *dextræ mucronem extorquet, et alte Fulgentem tinguit jugulo.* Horat. Serm. II. iii. 136. *In matris jugulo ferrum tepefecit acutum.* Ovid. Ep. XIV. 5. *Quod manus extimuit jugulo demittere ferrum.* Hactenus Ruhnkenius in Epist. Crit. I. p. 71. quibus adjici potest Antonin. Liberal. 25. Ἐπάταξαν ἑαυτὰς τῇ κερκίδι παρὰ τὴν κλεῖδα, καὶ ἀνέῤῥηξαν τὴν σφαγήν. Petron. Arb. Fragm. p. 679. *Jugulo stat divite ferrum.* Galenus in Isagoge τὰς σφαγὰς inter τὰς κατακλεῖδας ponit.

Ibid. Βάπτω. *Tingo.* Sophocl. Aj. 95. ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ. Vid. Porson. ad Eurip. Phœn. 1594.

891. Ἀπαμβλύνω. *Hebeto. Obtundo.* ab ἀμβλὺς *hebes.* Theb. 715. Τεθηγμένον τοί μ' οὐκ ἀπαμβλύνεις λόγῳ. Ibid. 844. Καὶ θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται. Pindar. Pyth. I. 160. Ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει. Sophocl. Œd. T. 688. Τοὐμὸν παριεὶς καὶ καταμβλύνων κέαρ.

893. Ἄναλκις. *Imbellis.* In Agam. 1248. Ægisthum vocat Casandra λέοντ' ἄναλκιν. Pindar. Ol. I. 129. Ὁ μέγας δὲ κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει.

895. Τορῶς. Vid. supra v. 626.

902. Ἐλελεῦ. Suidas, Ἐλελεῦ. ἐπίφθεγμα πολεμικὸν τὸ ἐλελεῦ. καὶ γὰρ οἱ προσιόντες εἰς πόλεμον τὸ ἐλελεῦ ἐφώνουν μετά τινος

ἐμμέλους κινήσεως. Vid. *Zeune.* ad Xenoph. Anab. p. 74. Ab hac exclamatione *Eleleïdes* dicuntur Bacchæ, Ovid. Heroïd. IV. 47.

903. **Σφάκελος.** *Dolor quivis acutus.* proprie significat morbum acutum, qui spinam dorsi, vel medullam, vel cerebrum afficit. Galen. Lex. Hippocrat. *Σφάκελος. φθορὰ πᾶσα καθ' ὃν ἂν γίγνηται τρόπον.* Lexicon Rhetor. MS. apud Ruhnken. ad Timæum p. 123. *Σφάκελος. οἱ μὲν σπασμόν· οἱ δὲ ἀπόστημα· οἱ δὲ τὴν σῆψιν.* Apud Heliodor. VIII. p. 379. notante Valckenaerio Anim. ad Ammon. p. 221. ex venenata potione pessima mulier *σπασμοῖς τε καὶ σφακελισμοῖς ὀξυτάτοις ἐπιέζετο.* Schol. Oppian. Hal. II. 585. *σφακελισμός.* (l. *σφάκελος.*) *ἡ σῆψις τοῦ μυελοῦ, ὁ σπασμός, ὁ παλμός, ὁ σφυγμός, ἡ τῶν ὀστῶν σῆψις, καὶ ὁ μέσος τῆς χειρὸς δάκτυλος.* quæ habent etiam Photius et Suidas. Herodot. VI. 136. *σφακελίσαντός τε τοῦ μηροῦ καὶ σαπέντος.* Cf. Ælian. ap. Suid. v. *Σφακελισμός.* vid. infra 1081. Eurip. Hippol. 1353. *Κατὰ δ' ἐγκέφαλον πηδᾷ σφάκελος.* Epicharmus Grot. Excerpt. p. 481. *πέδια τε καὶ σφάκελοι.* Athen. II. p. 36. D. habet *πέδαι τε καὶ σφάκελος.* Lex. Seguier. p. 433. ed. Bekker. et Suidas, *Ἀπορεῖν καὶ σφακελίζειν τῷ δεινῷ. τὸ μὲν σφακελίζειν φλεγμαίνειν ἐστί, καὶ διὰ τοῦτο σπᾶσθαι. Κρατῖνος.* Herodot. IV. 29. *ἵπποι ἐν κρυμῷ ἑστεῶτες ἀποσφακελίζουσι.*

Ibid. ***Φρενοπληγής.*** *Phreneticus.* activo sensu. Passive infra v. 1090. dicit *φρενόπληκτος.*

904. **Θάλπω.** *Calefacio.* hæc primaria significatio; unde *θάλπος solis ardor.* hinc autem *emolliendi* notionem habuit. Hesych. *Θάλπω. θερμαίνω, παραμυθοῦμαι.* Sophocl. Trachin. 1084. *Ἔθαλψεν ἄτης σπασμὸς ἀρτίως.* Electr. 887. *εἰς τί μοι Βλέψασα, θάλπει τῷδ' ἀνηκέστῳ πυρί;*

Ibid. **Ἄρδις.** *Aculeus.* Hesych. *Ἄρδις· ἀκίς. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ.* Lycophr. 64. *ἄρδισιν τετρωμένου.* Herodot. I. 86. *ὅσα μὲν γὰρ ἐς αἰχμὰς καὶ ἄρδεις καὶ σαγάρεις, χαλκῷ τὰ πάντα χρέωνται.* ubi vid. Wesseling. p. 101. Etymol. M. p. 137, 49. *Ἄρδις, ἡ ἀκὴ τοῦ βέλους. Καλλίμαχος* (Fr. CXXXII.) *ἀλλ' ἀπὸ τόξου Αὐτὸς*

ὁ τοξευτὴς ἄρδιν ἔχων ἑτέραν. Sylburgius et Bentleius corrigunt *ἐπὶ τόξου.*

905. Χρίω. *Pungo.* Vid. supra ad v. 583.

Ibid. *Ἄπυρος. *Ardentissimus. πολύπυρος.* Schol. In quibusdam vocibus *α* intensionis potestatem habet, et a grammaticis dicitur *ἐπίτασιν δηλοῦν.* Sic *ἀδάκρυτος* pro *πολυδάκρυτος* ponitur in Sophocl. Trachin. 106. Antig. 881. *ἀξύλῳ ὕλῃ* Homer. Il. Δ. 135. Multa congessit Valcken. in Theocrit. Adoniaz. p. 214. quibus adjici meretur Erotiani locus, p. 17, 4. *Ἀσήμοις τόποις· κάτ' ἀντίφρασιν, πολυσήμοις· ὡς καὶ ἀγαλάκτοις πολυγαλάκτοις· καὶ ἀξύλῳ ὕλῃ.* *Ἄπυρος pro *sine igne* ponitur Agam. 71. et nescio an in hoc loco eundem sensum gerat, *aculeus sine igne.* Valckenaerii exempla aliter explicuit Kiddius (*Crit. Review* LXXXVIII. p. 129.) cui assentior: idem etiam sensisse videtur Porphyrius Quæst. Homer. p. 49. B. ed. Argentor.

906. Φρήν. In hoc loco *Diaphragma* significat; quod bene monuit Butlerus. Schol. Venet. Sophocl. Trach. 933. *πλευρὰν ὑφ' ἧπαρ καὶ φρένας πεπληγμένην.* Pindar. Nem. VII. 38. *ὁ κάρτερος Αἴας ἔπαξε διὰ φρενῶν λευρὸν ξίφος.* Sic interpretandus videtur Iliad. X. 475. *ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο, καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη.* Ceterum cum hoc loco comparandus est Iliad. X. 451. *ἐν δ' ἐμοὶ αὐτῇ Στήθεσι πάλλεται ἦτορ ἀνὰ στόμα.* Shakspear. Macb. I. 3. ubi locus est gemellus. Eustath. ad Il. Λ. 578. *φρένας δὲ ὁ ποιητὴς καὶ πάντες οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν τὸ διάφραγμα.* ad Il. Λ. p. 863, 61. *φρένες-τι σπλάγχνον, ὅπερ διάφραγμα οἱ περὶ Πλάτωνα πρῶτον ὠνόμασαν.* Pollux II. iv. 45. *τὸ διάφραγμα, ὃ καλοῦσι φρένας.*

907. *Τροχοδινέω. *Roto.* Similis vox est *στροφοδινέω* Agam. 51. *Ἑλίγδην. *Volutim.*

909. Μάργος. *Vesanus. Avidus.* Suppl. 737. *Ἐξῶλές ἐστι μάργον Αἰγύπτου γένος.* Homer. Od. Ψ. 11. *μάργην σε θεοὶ θέσαν.* Pindar. Ol. II. 175. *μάργων ὑπ' ἀνδρῶν.* Theognis 581. *Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα τε μάργον.* vide Phrynichi locum citatum

ad v. δάπτω v. 376. Herodot. VI. 75. κατελθόντα δὲ αὐτόν, αὐτίκα ὑπέλαβε μανίη νοῦσος, ἐόντα καὶ πρότερον ὑπομαργότερον. Accentus incertus est, teste Eustathio ad Iliad. E. p. 617, 33.

Ibid. Γλώσσης ἀκράτης. *Linguæ incontinens.* Sic ἀκρατὴς χειρῶν. ὁ κλέπτης. Phrynich. App. Soph. p. 28. Contra apud Theognid. 480. γλώσσης καρτερός. Lucret. III. 454. *Claudicat ingenium, delirat lingua.* Paullo aliter Hippocrates Aphor. VII. 40. ἢν ἡ γλῶσσα ἐξαίφνης ἀκράτης γένηται, ἢ ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον γίγνεται. Chares ap. Stob. XXXIII. p. 139. Grot. dixit γλώσσης κρατεῖν et Sophocl. El. 1175.

910. Θολερός. *Turbidus. Confusus.* Hesych. Θολερόν· ταραχῶδες, ἀκάθαρτον, βορβορῶδες, τεταραγμένον. Etymol. M. p. 453, 28. Θολερός. παρὰ τὸ θολόν, θολερός. θολὸς δέ ἐστι τὸ μέλαν τῆς σηπίας· ἐξ οὗ καὶ ῥῆμα θολῶ. (Eurip. Alcest. 1067. Pherecrates ap. Etym. M. p. 750, 10.) θολός *sepiæ atramentum.* In Eurip. Suppl. 222. opponuntur θολερός et λαμπρός. θολερός et καθαρός opponuntur Herodot. IV. 53. ubi vid. Valckenaer.

Ibid. Εἰκῇ. Vid. supra v. 459.

915. Διαμυθολογέω. *Dissero.* Plato Phæd. 16. ἢ περὶ αὐτῶν τούτων βούλει διαμυθολογῶμεν, εἴτε εἰκὸς οὕτως ἔχειν, εἴτε μή. Apol. Socrat. 31. οὐδὲν γὰρ κωλύει διαμυθολογῆσαι πρὸς ἀλλήλους, ἕως ἔξεστι.

916. Κηδεῦσαι καθ' ἑαυτόν. *Affinitatem contrahere sibi comparem.*

919. Διαθρύπτομαι. *Mollitie frangor.* a θρύπτω *flecto* vel *frango.* Xenophon Mem. I. ii. 25. διατεθρυμμένῳ δὲ ὑπὸ πολλῶν ἀνθρώπων. Sed hic usus paullo recentior. Sensus, quo Æschylus et Nicostratus hanc vocem usurpant, accuratissime a nobis Anglis exprimeretur, *To give one's self airs.* Hoc sensu Theocritus in Adoniaz. 99, de femina cantum inceptura, Φθεγξεῖταί τι, σάφ' οἶδα, καλόν·

διαθρύπτεται ἤδη, quem locum, quum vim hujus vocis *διαθρύπτεται* non assecuti sint interpretes, male verterunt, *jam præludiis ad cantandum se parat*. Sensus est, *corpus ad cantandum delicate componit*, vel, ut nos diceremus, *already she draws herself up*. Id. III. 36. *ἐπεὶ τύ μοι ἐνδιαθρύπτῃ*. Egregie huc facit Schol. Gregor. Nazianz. ad Stelit. II. p. 107. *Θρύπτεσθαι, τὸ ἄνευ φωνῆς καὶ τέχνης ἀκκίζεσθαί τε καὶ κατακλᾶσθαι τοῖς τοῦ σώματος μέλεσι*. Phrynich. App. Soph. p. 43, 14. *Θρύπτεσθαι. ὡραΐζεσθαι. ἄμφω Εὔπολις. Ὡραιζομένη καὶ θρυπτομένη*.

922. Χερνήτης. *Qui manuum labore victum quærit*. *Χερνῆτις* proprie dicitur femina, quæ *χειρὶ νήθει*, teste Eustathio ad Il. M. p. 912, 38. quæ lanificio victum quærit. Homer. Il. M. 433. *γυνὴ χερνῆτις*, quod Virgilius ita reddit, *femina—Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva*. Terent. Andr. I. i. 48. *vitam parce ac duriter Agebat, lana ac tela victum quæritans*. Archias in Anthol. VI. viii. 10. de tribus lanificiis, *Οἳς ἔσχον χέρνητα βίον δηναιόν, Ἀθάνα Πότνια, ταῦθ' αἱ σαὶ σοὶ θέσαν ἐργάτιδες*. Masculino genere dicitur *χέρνης* vel *χερνήτης*. Eurip. El. 207. *ἐν χέρνησι δόμοις ναίω*.

Ibid. *Ἐραστεύω. *Appeto*. proprie, *Amatoris partes ago*. Verbum alibi vidisse non memini: formatur autem ab *ἐραστής*, ut *ληστεύω* a *ληστής*, *μνηστεύω* a *μνηστής*, et similia.

926. Πελάω. *Appropinquare facio*. vide notam, et Toup. in Suid. II. p. 521. Brunck. ad Aristoph. Acharn. 132. *πελαθῆναι* proprie dicitur viro femina: unde *ἐμπελάτειρα γυνή concubina* ap. Callimachum fr. CLXX. et *πλατίς*, vox Laconica, uxorem significans in Aristophanis loco. Sophocl. Phil. 677. *τὸν πελάταν λέκτρων ποτε τοῦ Διὸς Ἰξίονα*. Œd. T. 1100. *Πανὸς ὀρεσσιβάτα προσπελασθεῖσα*.

929. Ταρβέω. *Exhorreo*. Vide infra 968. 996.

Ibid. *Ἀστεργάνωρ. *Viros non amans*. supra dixerat paullo fortius *στυγάνωρ*.

932. Δάπτω. *Vexo.* proprie *Voro.* Vide supra ad v. 446.

933. Ἀλάτεια. *Erratio.* ab ἀλάω *vagor.* quæ vox occurrit Iliad. K. 141. unde ἄλαος.

936. Κρείσσονες. *Superi.* Vide notam.

940. Exempla hujus formulæ ἀπορηματικῆς, ut aiunt Grammatici, τί γένωμαι, quæras apud notas in Thom. M. p. 858. ed. Bernard. cf. Theb. 196. Eumen. 787.

943. Ἦ μήν. *Nihilominus tamen.* Vid. supr. 73. Eurip. Alcest. 64. 692. Iph. A. 475.

944. Ἐξαρτύομαι. *Paro.* Vid. supra v. 736.

946. Ἄϊστος. *Amotus.* proprie *ignotus.* Vid. supra 157. Pers. 812. Agam. 468. 529. Eumen. 568. Suppl. 878. In Agam. 414. pro ἄδιστος, suspicor ἄϊστος. Eurip. Troad. 1321. ἄϊστον οἴκων ἐμῶν με θήσει.

948. Δηναιός. *Antiquus.* occurrit supra 819. Callim. H. in Jov. 60. Theocrit. XVI. 54.

952. Πεδάρσιος. *Sublimis.* Vid. supra 735.

Ibid. Κτύπος. *Ictus,* vel *Sonitus.* Hesych. Κτύπος· ψόφος, βρόντη. Cf. v. 959.

953. Πιστός. *Confidens.* Adi notas; quibus adjicias Thucyd. III. 30. ἀνέλπιστοι, *non exspectantes.* Sic ἄπιστος activo sensu adhibuit Anaxilas Athenæi II. p. 63. B. Ἀπιστότερος εἶ τῶν κοχλιῶν πολλῷ πάνυ, Οἳ περιφέρουσ' ὑπ' ἀπιστίας τὰς οἰκίας. cf. Thucyd. I. 68.

Ibid. Πύρπνοος. *Ignem spirans.* Exempla quæras in notis.

Suspicio mihi animo hæret, hanc vocem Euripidi reddendam esse, Suppl. 640. Ὃν Ζεὺς κεραυνῷ πυρπόλῳ καταιθαλοῖ. Lego πυρπνόῳ. Pindar. ap. Plutarch. Sympos. p. 1092. πῦρ πνέων κεραυνός. Sophocl. Antig. 1146. Ἰὼ πῦρ πνειόντων χοράγ' ἄστρων.

958. **Κρείσσων.** Vide supra ad v. 793. de φέρτερος. In hoc sensu frequentissimum est.

960. Sophocl. Trachin. 501. Ποσειδάωνα τινάκτορα γαίας.

961. **Αἰχμή.** *Telum.* Oppian. Halieut. Γ. 553. Αἰχμῇ τριγλώχινι πεπαρμένος. ubi frustra ῥιπῇ reponit V. D. Misc. Obs. IV. p. 205. Vid. supra v. 418.

964. **Θήν.** *Sane.* Sæpius apud Homerum occurrit. Sophron ap. Plutarch. de El in Delph. p. 687. Ὁμα τέκνων θὴν δευόμενος.

Ibid. **Ἐπιγλωσσάομαι.** *Effutio adversus aliquem.* Hesych. Ἐπιγλωσσώμεναι· ἐπιλαλοῦσαι. Ἐπιγλωσσῶ· ἐποιωνίζου διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις. Scholiasta noster, ἐποιωνίζῃ κατὰ τοῦ Διός ἃ βούλῃ γενέσθαι αὐτῷ. Choeph. 1043. μήτ' ἐπιγλωσσῶ κακά. Aristoph. Lysistr. 37. Περὶ τῶν Ἀθηνῶν οὐκ ἐπιγλωττήσομαι Τοιοῦτον οὐδέν.

967. **Δύσλοφος.** *Vix tolerabilis.* Vide supra ad v. 27. Theognis 1018. Οὔποτε τοῖς ἐχθροῖσιν ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσω Δύσλοφον.

968. **Ἐκρίπτων.** Vide supra v. 319.

972. **Ἀδράστεια.** Eadem fuit ac Νέμεσις, temperantiæ Dea. "Ad vitandam invidiam Græci solebant dicere, προσκυνῶ τὴν Νέμεσιν. Demosth. adv. Aristogit. I. p. 495. Καὶ Ἀδράστειαν μὲν ἄνθρωπος ὢν ἔγωγε προσκυνῶ. Plato de Rep. V. Προσκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν, ὦ Γλαύκων, χάριν οὗ μέλλω λέγειν." Giacomellius. (Sophocl. Phil. 776. τὸν φθόνον δὲ πρόσκυσον.) Auctor. Rhesi 468. σὺν

δ' Ἀδραστείᾳ λέγω. Alciphron Ep. I. 33. προσκυνῶ δὲ τὴν Νέμεσιν. Vid. Eldik. Suspic. p. 30. De nominis origine varia tradunt Grammatici. Antimachus (apud Strabon. XIII. p. 588. Harpocrat. et Suid. in v. Eustath. ad Il. B. p. 355, 12. M. Apostol. I. 40.) tradit Nemesin ita nominatam fuisse, quia primus in honorem ejus aram dedicaverat Adrastus. Antimachi versus hi sunt. Ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεός, ἣ τάδε πάντα Πρὸς μακάρων ἔλαχεν, βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος Ἄδρηστος ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο, Ἔνθα τετίμηταί τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται. Huc respicit Callimachus apud Schol. Apoll. Rhod. I. 1116. Ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν ἐν Ὑπομνήμασι, Νέμεσιν εἶναι τὴν τὸ πεδίον κατέχουσαν. (sc. campum Adrasteæ). subjungit Scholiasta, ἔστι δὲ καὶ πόλις καλουμένη Ἀδρήστεια ἀπὸ τοῦ ἱδρυσαμένου. Demetrius vero ὁ Σκήψιος, apud Suidam, Ἀρτεμίν φησιν εἶναι τὴν Ἀδράστειαν, ὑπὸ Ἀδράστου τινὸς ἱδρυμένην, ita enim Suidas et Harpocration ex M. Apostolio corrigendi sunt. Alia insistit via Cornutus De Nat. Deor. 13. qui Atropon et Adrasteam unam esse ait; Αὕτη δέ (sc. ἡ Ἄτροπος) ἐστι καὶ Ἀδράστεια· ἤτοι παρὰ τὸ ἄφυκτος καὶ ἀναπόδραστος εἶναι ὠνομασμένη, ἢ παρὰ τὸ ἀεὶ δρᾷν τὰ κατ' αὐτήν, ὡσανεὶ ἀειδράστεια οὖσα. quoad postrema, satis absurde. Priora desumsit ex Aristotele de Mundo p. 475. G. Stob. Ecl. I. p. 190. ed. Heeren. Eadem habet Scholiasta Platonis ed. Ruhnken. p. 161. Hesych. Ἀδραστία. ἡ Νέμεσις, ἣν οὐκ ἄν τις ἀποδράσειεν. Hermias in Comm. MS. in Platonis Phædrum apud Hermann. ad Orphica p. 506. Ἀδράστεια κεκλημένη, διὰ τὸ τὰ ὑπ' αὐτῆς τεθέντα καὶ νομοθετηθέντα ἀναπόδραστα εἶναι. uti nomen intellexit Sophista nescio quis apud Suid. v. Διονυσίων σκωμμάτων. Θεοῦ ὅπιν οὐκ ἀλέγων, οὐδὲ κατεπτηχὼς Ἀδράστειαν ἄφυκτον. unde partem hexametri et hexametrum integrum facili mutatione quis effinxerit.

973. **Θώπτω.** *Blandior. Assentor.* i. q. θωπεύω Eurip. Med. 369. a θώψ, κόλαξ, ὁ μετὰ θαυμασμοῦ ἐγκωμιαστής. Hesych. Idem, Θώψεις. θωπεύσεις. Αἰσχύλος Σισύφῳ πετροκυλίστῃ. Eurip. in Syleo, θῶπ' ἀπαντῆσαι λόγον. θῶπας λόγους apud Platon. Theætet. p. 128. E. Læmar. Scholiasta Ruhnkenii p. 26. per ἀπατηλοὺς explicat. Timæus p. 145. Θῶπες. οἱ μετὰ ψεύδους καὶ θαυμασμοῦ τινὶ προσιόντες

ἐπὶ κολακείᾳ. Cf. Wesseling. ad Herodot. p. 238. θωπεύειν bono sensu *mulcendi* posuit Plato Crit. 12.

Ibid. Τὸν κρατοῦντ' ἀεί. Optime reddidit Butlerus *Unumquemque regnantem.* Anglice, *Whoever happens to be in power.* Adnotationem viri doctissimi (Is. Vossii, ut opinor) ex margine libri Mitfordiani describam. "τὸν κρατοῦντ' ἀεί. i. e. πάντας τοὺς κρατοῦντας vel ἕκαστον τῶν κρ. nam id valet ἀεί. Diod. p. 164. παρεκάλει τὸν ἀεὶ προσιόντα ὑφάψαι τὴν πύραν. i. e. *unum quemque.* Sic enim dicit οἱ ἀεὶ ὕπατοι. ita fallitur Scalig. Catal. Thucyd. l. 3. καὶ τὰς ἀεὶ πληρουμένας ἐξέπεμπον πρὸς τοὺς ἐναντίους, *ut quamque navium expleverat.*" Eurip. Orest. 879. ὑπὸ τοῖς δυναμένοισιν ὢν ἀεί. Hæc vis τοῦ 'Ἀεὶ quum apud scriptores Atticos, præsertim oratores, frequentissima sit, sæpius tamen minus perspecta interpretes in errorem duxit. Thucyd. I. 2. βιαζόμενοι ὑπὸ τῶν ἀεὶ πλειόνων. II. 11. ἀπὸ θεραπείας τῶν ἀεὶ προεστώτων. Eurip. Hecub. 1164. ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχὼν ἐπίσταται. Cf. Valcken. ad Herodot. II. 98. ad Theocrit. Adoniaz. p. 272. Koen. ad Gregor. p. 80. Toup. ad Longin. 44. Schweighaeuser. Lex. Polyb. p. 11.

974. Ἔλασσον ἢ μηδέν. Confer infra v. 1049. Plato in Theætet. 27. p. 163. ed. Fischer. τὸ δὲ ἐπιμεῖναι ἐπὶ λόγῳ καὶ ἐρωτήματι, καὶ ἡσύχως ἐν μέρει ἀποκρίνασθαι καὶ ἐρέσθαι, ἧττον αὐτοῖς ἔνι ἢ τὸ μηδέν.

976. Δαρόν. *Diu.* Una est e vocibus quæ apud tragicos Doricam formam retinuerunt.

977. Τρόχις. *Nuncius. Cursor.* ἄγγελος, ἀκόλουθος. Hesych. Oppian. Halieut. II. 634. Verteris autem τόνδε, *præsto.* ὅδε et casus ejus pro ὧδε sæpissime ponuntur, quod pene persensit Abresch. ad Æschyl. p. 299. vid. Theb. 371. 861. Pers. 150. 247. Agam. 495. Choeph. 729. Sophocl. Œd. Col. 549. 723. 1106. 1249. 1253. Antig. 155. 526. 626. 1257. Eurip. Orest. 342. 1010. 1565. Phœniss. 453. 1328. Hippol. 51. 170. 913. Alcest. 522. 1006. Androm. 494. 543. 880. 1167. 1231. Heraclid. 49. Schaefer. Melet. Crit.

p. 77. Locus præ ceteris notabilis est Œd. Col. 31. *χὤτι σοι λέγειν Εὔκαιρόν ἐστιν, ἔννεφ', ὡς ἀνὴρ ὅδε.*

980. **Σοφιστής.** Vide supra 62.

Ibid. * **Ὑπέρπικρος.** *Supra modum acerbus.* Homer. Iliad. Z. 97. *ἦ μὲν δὴ λώβη τάδε γ' ἔσσεται αἰνόθεν αἰνῶς.*

985. Confer supra v. 631.

986. **Αὔθ' ἕκαστα.** *Omnia sigillatim.* Phrynich. App. Soph. p. 17. *τὸ τὰ κυριώτατα διὰ βραχέων καὶ τὰ ἀναγκαιότατα λέγειν, μὴ κύκλῳ βαδίζοντα καὶ περιτρέχοντα, αὐθέκαστα λέγειν ἐκάλεσαν οἱ ἀρχαῖοι. Μένανδρος ἐπὶ τοῦ πικροῦ καὶ ἀηδοῦς τέθεικε τὴν λέξιν. Πικροῦ γέροντος, αὐθεκάστου τὸν τρόπον.* (*very particular*) *αὐτὰ ἕκαστα* proprie *ipsa quæque,* ut in singulari numero apud Herodot. VII. 19. *θέλων αὐτὸς ἕκαστος τὰ προκείμενα δῶρα βαβεῖν.* VIII. 123. *αὐτὸς ἕκαστος δοκέων ἄριστος γενέσθαι.* vid. Valcken. ad Phœniss. 497.

989. * **Σεμνόστομος.** *Grandiloquus. σεμνομυθεῖν* vel *σεμνολογεῖν magnifice loqui. ὡς θεῶν ὑπηρέτου,* Angl. *considering that it comes from a servant.* vid. 1019.

992. **Πέργαμα.** Vide notas. Schol. in Platon. ed. Ruhnken. p. 60. Πέργαμα, *τὰ ὑψηλά.* Sophocl. Phil. 350.

994. **Κοιρανέω.** supra 49. **διссούς,** i. e. Ophiona et Saturnum, inquit Scholiasta.

996. **Ταρβέω.** conf. 929. **Ὑποπτήσσω** vide supra 29.

997. **Πολλοῦ γε καὶ τοῦ παντὸς ἐλλείπω.** Vid. 1042. Non absimilis est proverbialis locutio *ὅλῳ καὶ παντὶ διαφέρειν,* de qua Scholiasta Platonis ed. Ruhnken. p. 165. Demosth. de Coron. 15. *πολλοῦ γε καὶ δεῖ.*

998. **Ἐγκονέω.** *Festino.* "De iis dicitur, qui currendo *κόνεως*

πληροῦνται. Aristoph. Acharn. 1087. ut hic Æschylus, 'Αλλ' ἐγκόνει." Giacom. Sophocl. Trachin. 1257. "Αγ', ἐγκονεῖτ' αἴρεσθε. Eurip. Hecub. 511. Σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν. Herc. F. 521. "Ιτ', ἐγκονεῖτε. quod habet quoque Aristoph. Plut. 255.

1000. Αὐθάδισμα. Vide supra 64. et Hemsterhusii notam ad Thom. M. v. ἀπαυθαδίζομαι.

1001. Καθορμίζω. *Navem ad portum appello.* Sic μεθορμίζω *navem ex hoc in portu illum duco.* Utrumque metaphorice usurpatur.

1002. Λάτρεια. *Ministerium.* Hesych. Λατρεύει. ἐλεύθερος ὢν δουλεύει. Athen. VI. p. 264. B. de πενεσταῖς—καὶ Εὐριπίδης ἐν Φρίξῳ λάτριας αὐτοὺς ὀνομάζει διὰ τούτων· Λάτρις πενεστὴς ἀμὸς ἀρχαίων δόμων. ubi legendum Λάτρης. Noster Suppl. 1008. οἰκεῖν λατρῶν ἄτερθεν. Ab antiquo verbo λάω *capio* seu *volo*, formata sunt λάβω, λάζω, λάτρον, *merces*, ap. Callimach. fr. CCXXXVIII. ubi omnino videndus Ruhnkenius. Hinc Latinorum *Latro* ducunt Grammatici, quam tamen vocem potius crediderim a *lateo* profluxisse.

1007. Χλιδάω. *Memet oblecto.* Vid. supra ad v. 445.

Ibid. Πράγματα. *Molestiæ.* Suid. Πράγματα. ἐπὶ κακῷ χρῶνται τῇ λέξει οἱ παλαιοί. καὶ Μένανδρος· 'Εν πράγμασιν, ἐν μάχαις. et mox Πράγματα. κακοπάθειαι.

1010. 'Επαιτιάομαι. *Inculpo.* plerumque cum accusativo personæ et genitivo rei construitur, notante Valcken. ad Phœniss. 632.

1011. 'Απλῷ λόγῳ. Vid. supra v. 46.

1018. Καὶ μήν. *Et tamen.* καὶ μήν· καὶ ἔτι. Hesych. Sæpissime sequitur γε ut in hoc loco, infra 1021. Theb. 245. Pers. 260. Sophocl. Antig. 221. In Eurip. Suppl. v. 393. male editur, etiam post Gaisfordii curas, Καὶ μὴν ἑκοῦσά τ' ἀσμένη τ' ἐδέξατο. Certissime repono Καὶ μὴν ἑκοῦσά γ' ut in vv. 442. 697. 925. ejusdem

fabulæ. Hippol. 876. Alexis Athenæi II. p. 49. E. Καὶ μὴν ἐν ὕπνῳ οἴομαι ὡρακέναι Νικητήριον. Lege Καὶ μὴν ἐνυπνίῳ γ' ᾠόμην ἑορακέναι Νικήτριον.

1021. Ironice dictum. *Imo certe, Jovi adeo sum obstrictus, ut gratiam ei rependam.*

1022. Κερτομέω. *Cavillor.* Etymol. M. p. 306, 33. Κέρτομος, ὁ χλευαστής, ὁ τὸ κέαρ τέμνων τῶν ἀκουόντων. eadem fere Eustath. ad Il. B. 214, 34. sed nimis longe petita sunt. Cf. Theocrit. XX. 2.

Ibid. Δῆθεν. Vide supra 210. Scholiasta B. παῖδα interpretatur δοῦλον. cui favet Aristoph. Av. 1244. πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα Ταυτὶ λέγοντα μορμολύττεσθαι δοκεῖς; Cf. Eurip. Orest. 1520. Sed præstat intelligere *puerum.* Agam. 278. παιδὸς νέας ὣς κάρτ' ἐμωμήσω φρένας. 481. τίς ὧδε παιδνός, ἢ φρενῶν κεκομμένος-; Homer. Il. Γ. 201. Πηλείδη, μὴ δή με Ϝέπεσσί γε, νηπύτιον ὣς Ϝέλπεο δειδίξεσθαι. Plato Crit. 6. οὐδ' ἂν πλείω τῶν νῦν παρόντων ἢ τῶν πολλῶν δύναμις ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται.

1026. Γεγωνέω. supra 200.

1027. Χαλάω. supra 183.

1028. Αἰθαλόεις. *Candens.* Solitum fulguris epitheton. Eurip. Phœniss. 189. κεραύνιόν τε πῦρ αἰθαλόεν. ab αἴθαλος, ibid. 905.

1029. Βρόντημα χθόνιον. *Tonitru subterraneum,* quale in terræ motu auditur. Sophocl. Œd. Col. 1606. Ζεὺς ἐκτύπησε χθόνιος. (Sic legendum videtur: vel χθόνιον. vulgo κτύπησε μὲν Ζεύς.) ubi Scholiasta, οἷον μύκημα ἐγένετο καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ. Eurip. Hippol. 1217. χθόνιος ὡς βροντὴ Διός. Aristoph. Av. 1750. Ὦ χθόνιαι βαρυαχέες ὀμβροφόροι θ' ἅμα βρονταί, Αἷς ὅδε νῦν χθόνα σείει. Noster in Hedonis ap. Athen. XI. p. 479. ὥσθ' ὑπογείου βροντῆς.

1030. Κυκάω. *Misceo.* κυκᾷν proprie est ταράττειν τὰ ἄλφιτα, teste Photio. Rarius apud tragicos occurrit. Sophocl. Electr. 733.

1031. Γνάμπτω. *Flecto.* De hac voce consulendi Wass. et Duker. ad Thucyd. III. 58.

1035. Τολμάω. *Sustineo. Volo.* sensu paullo reconditiore; ut in Eurip. Suppl. 882. ubi Marklandus confert Soph. Electr. 1050. οὔτε γὰρ σὺ τἄμ' ἔπη Τολμᾷς ἐπαινεῖν, οὔτ' ἐγὼ τοὺς σοὺς τρόπους. Adde Eurip. Hippol. 481. Τόλμα δ' ἐρῶσα. Cf. Alcest. 1120. Sappho ap. Longin. Π. Υ. 11. 'Αλλὰ πᾶν τολματόν.

1036. Πρός. *Secundum.* Angl. *in consideration of.* Eurip. Hipp. 698. 872. ed. Monk. Iph. A. 1343. Hel. 328. Sophocl. El. 155. Thucyd. I. 140. IV. 39.

1037. Morellus et Butlerus, post M. Apostol. XV. 58. et Gataker. in M. Antonin. IV. p. 177, 2. ita vertunt; "Tu mihi, velut fluctus, molestus es persuadendo." Melior, credo, interpretatio vulgata; "Frustra me ut fluctum sollicitas, suadere conatus." Optima vero Elmsleii, "Molestus es, frustra me velut fluctum suadere conatus." interpungit scilicet post ὀχλεῖς, cui omnino assentior: vide eum ad Sophocl. Œd. T. 445.

1039. *Θηλύνους. *Muliebri animo.*

1040. Λιπαρέω. Vide supra 529.

1041. Γυναικόμιμος. *Feminam imitatus.* Euripides in Antiopa, Valcken. Diatr. p. 75. γυναικομίμῳ μορφώματι. Sophocles apud Clem. Alex. Pædag. III. p. 286. Γυναικομίμοις ἐμπρέπεις ἐσθήμασιν.

Ibid. Ὑπτίασμα. *Sublatio.* ab ὕπτιος *supinus.* Horat. *Cælo* SUPINAS *si tuleris manus.* Cf. Virgil. Æn. III. 176. IV. 205. Auctor nescio quis apud Suid. v. Ὕπτιος. Προθυμίᾳ τῇ πάσῃ ἀναπετάσαντες τὰς πύλας, ἐδέξαντο ὑπτίαις χερσὶ τοὺς πολεμίους.

1043. Ἔοικα. Cf. Suppl. 906. Eumen. 898. Choeph. 920. Sophocl. Ajac. 1239. Eurip. Hecub. 807. Orest. 758. et alibi.

1044. Τέγγω. *Madefacio. Mollio,* metaphorice. Timæus et Suidas. Τέγγεσθαι. εἴκειν, ἐνδιδόναι. Eurip. Hippol. 303. οὔτε γὰρ τότε Λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε, νῦν τ' οὐ πείθεται. Hinc ἄτεγκτος *immisericors,* idem ac ἀτεράμων vel ἀτέραμνος. Phrynichus MS. apud Ruhnken. ad Timæum. p. 248. Ἄτεγκτος παρηγορήμασιν. Αἰσχύλος. δοτικῇ ἀντὶ γενικῆς Ἀττικῷ ἐχρήσατο ἔθει. sic enim interpungendum videtur. Sed omnino consulenda Ruhnkenii nota, cujus exemplis adjici potest Meleager Anthol. VII. 9. Brunckii Anal. I. pp. 27. et 29. Ælian. ap. Suid. v. Ἄτεγκτος. Οἰκτόν γε μὴν καὶ δάκρυα ἐμβαλοῦσα, ὡς καὶ πάντας τοὺς ἀτέγκτους τε καὶ ἀτεράμονας τέγξαι.

1045. Στόμιον. *Lupatum.* Eurip. Hipp. 1223. αἱ δ', ἐνδακοῦσαι στόμια πυριγενῆ γνάθοις, ubi vid. Valcken. Plato Phædr. p. 254. D. καὶ ἐπειδὴ ἐγγὺς ἦσαν, ἐγκύψας, καὶ ἐντείνας τὴν κέρκον, ἐνδακὼν τὸν χαλινὸν μετ' ἀναιδείας ἕλκει.

1047. Σφοδρύνομαι. *Ferocio.* Vocem non alibi apud auctores bonæ notæ vidisse memini.

1049. Non valde dissimile est quod habet Euryphamus Pythagoreus ap. Stob. CII. p. 541. Trincavell. εἷς γὰρ ἕκαστος ἄνθρωπος αὐτὸς καθ' αὑτὸν οὐδεὶς ἐὼν κ. τ. λ.

1050. Σκέψαι δε. *Animadverte autem.* Sophocl. Œd. T. 584. Σκέψαι δὲ τοῦτο πρῶτον, εἰ κ. τ. λ. Trachin. 1079. Σκέψαι δ' ὁποίας ταῦτα συμφορᾶς ὕπο Πέπονθα. El. 442. Σκέψαι γάρ. Eurip. Suppl. 476. Σκέψαι δέ, καὶ μὴ κ. τ. λ. Thucyd. III. 58. σκέψασθε δέ.

1051. Τρικυμία. *Fluctus decumanus,* ut dicebant Latini; tertius enim quisque fluctus maximus esse vulgo credebatur, vel, ut Festus tradit, decimus. Plato de Rep. V. p. 472. A. δυὼ κύματε ἐκφυγόντι τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τρικυμίας ἐπάγεις. Plutarch. de Sera Num. Vind. p. 975. Τί γὰρ δεῖ τὸ τρίτον ἐπενεγκεῖν κῦμα, καὶ προσκατακλύσαι τὸν λόγον, εἰ τὰ πρότερα μὴ δυνατός ἐστι διώσασθαι; Menander apud Alexandrum inter Rhetores ab Aldo editos 1508. I. p. 578. a Porsono indicatus, Ἑτέραν περιμεῖναι, χἀτέραν τρικυμίαν.

Eurip. Hippol. 1213. Αὐτῷ δὲ σὺν κλύδωνι καὶ τρικυμίᾳ, Κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον, ἄγριον τέρας. Troad. 82. Αἰγαῖον πόρον Τρικυμίαις βρέμοντα. Lycophr. 476. λαβρῶς σαλεύων πᾶν τρικυμίᾳ πέδον. Joseph. Macch. 7. καταντλούμενος ταῖς τῶν βασάνων τρικυμίαις. Marinus Vita Procli p. 35. ἐν ζάλῃ γὰρ παρελθὼν καὶ τρικυμίᾳ πραγμάτων. ubi vid. Boissonad. Hipparchus Pythagoreus ap. Stobæum, (Galei p. 19.) οὔτε δυνάμενοι κατανοῆσαι τόν τε τῶν παρεόντων βίον, καὶ τὸν τῶν παρεστακότων, ἐν ὅσαις συμφοραῖς καὶ κακῶν τρικυμίαις καὶ νῦν ἐντὶ πολλοί, καὶ πρὸ τοῦ ἐγένοντο. Scholiasta Pindari Isthm. I. 52. καὶ 'Αλκαῖος τὴν δυστυχίαν χειμῶνα καὶ τρικυμίαν λέγει. ubi plane legendum est Αἰσχύλος; nam sunt ipsa nostri verba. Aristænet. Ep. I. 17. καὶ τρικυμίας τὸν τρόπον τῆς ἀστάτου σαλεύεις. quod de τρικυμίᾳ absurde dictum est; etsi θάλασσα dicitur ἄστατος Comico ap. Dion. Chrysost. Orat. 32. Ed. Sambuci τρικυμίαις; unde suspicor legendum esse, καὶ τρικυμίαις, τρόπον νηὸς ἀστάτου, σαλεύεις, sequitur enim κοινὴ γὰρ ναῦς, κοινὸς κίνδυνος· ὁ παροιμιώδης διετάξατο λόγος. Alciphron Ep. I. 3. p. 18. τὸ τὰς τρικυμίας καὶ τοὺς ἐκ βύθου κινδύνους ἀγνοῆσαι. Simplicius in Epictet. Enchir. apud Porsonum Opusc. p. 172. κἂν μὲν κατὰ ῥοῦν προχωρῇ αὐτῷ τὰ πράγματα, τῷ θεῷ χάριν ὁμολογεῖν, ὡς ἐν τρικυμίᾳ γαληνιῶντα. Firmus Episcop. Cæsar. in Epist. ap. Murator. Anecdot. T. V. p. 292. 'Εκ χειμῶνος καὶ τρικυμίας γαλήνην εἶδον καὶ ἡμέραν, τὸ τοῦ λόγου, λευκήν. ubi respicit non modo Promethei versum, sed Eurip. Orest. 273. et proverbium λευκὴ ἡμέρα, quo usus est Eupolis in Κόλαξι.

1052. 'Οκρίς. Vide supra v. 289.

1053. Φάραγξ. Vide supra v. 15.

1054. Σπαράσσω. *Divello.* Eurip. Med. 1214. Σάρκας γεραιὰς ἐσπάρασσ' ἀπ' ὀστέων. Androm. 1210. οὐ σπαράξομαι κόμαν; Compositum διασπαράσσω occurrit Pers. 195. Aristoph. Ran. 474.

1055. 'Αγκάλη. *Ulna.* Sic Choeph. 585. πόντιαι ἀγκάλαι. confer Eurip. Orest. 1371. Noster apud Schol. Aristoph. Ran. 716. Ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις.

1057. **Ἄψοῤῥον.** *Retrorsum.* Sophocl. Œd. T. 431. et alibi *ἄψοῤῥος.* Formatum videtur ex *ἄψ retro* et *ὄῤῥος cauda.* Scholiasta tamen Venetus ad Il. H. 413. ab *ὄρω suscito* ducit. Erotianus p. 17, 17. videtur trahere ex *ἀψόῤῥοον, τὸ εἰς τοὔπισω ῥέον.*

1058. **Πτηνός κύων.** Vide supra v. 820.

Ibid. **Δαφοινός.** *Cruentus.* *δηλοῖ δὲ τὸ δαφοινὸν τὸ σφόδρα φονικόν· δαφοινοὶ θῶες, καὶ δράκων δαφοινός.* Schol. Venet. ad Il. Σ. 538. *δράκων δαφοινός* est in Il. B. 308. *λεόντων ἁ δαφοινὸς ἴλα* Eurip. Alcest. 581. Noster Choeph. 606. *δαφοινὸν δαλόν,* de tæda Althææ.

Ibid. **Λαβρῶς.** Vide supra ad v. 335.

1059. **Διαρταμέω.** *Disseco.* Etymol. M. p. 149, 55. *Ἄρταμος, ὁ μάγειρος· Ἦ γὰρ βέβηκε χεῖρας ἀρτάμων φυγών· παρὰ τὸ διαρτάσαι, ὅ ἐστι μερίσαι ἢ συναρμόσαι.* *Αἰσχύλος,* *Τοσαῦτα, κῆρυξ, ἐξ ἐμοῦ διάρτασον. ἄρταμος οὖν, ὁ διαρτῶν τὰ κρέα, καὶ ἀρταμῆσαι, κρεανομῆσαι.* Eurip. Alcest. 497. *Ἀλλ' ἄνδρας ἀρταμοῦσι λαιψηραῖς γνάθοις.* Electr. 816. *ὅστις ταῦρον ἀρταμεῖ καλῶς. διαρταμέοντες,* Oppian. Hal. 622. ubi Schol. *διακόπτοντες. ἄρταμος πᾶς σφαγεὺς καὶ φονεύς. κυρίως δὲ ὁ μάγειρος, ὁ κατὰ ἄρθρα τέμνων.* vid. Valckenaer. ad Herodot. p. 590. Brunck. Lex. Sophocl. v. *Ἄρταμος.*

Ibid. **Ῥάκος.** *Lacerum fragmentum.* Sophocl. Philoct. 39. 267. Eurip. Helen. 1085. Aristoph. Ran. 405.

1060. **Ἄκλητος.** *Non invitatus.* Notum proverbium *Ἀκλητὶ κωμάζουσιν εἰς φίλων φίλοι.* vid. Wass. ad Thucyd. I. 118.

Ibid. **Δαιταλεὺς πανήμερος.** *Per totum diem conviva.* non *conviva quotidianus,* quomodo verterunt interpretes. quibuscum facere videtur Apollodorus p. 40. ed. Heyn. Recte Schol. B. *Ἴσθι δὲ ὡς διὰ πάσης τῆς ἡμέρας τὸ Προμηθέως ἧπαρ τῷ ἀετῷ βιβρωσκόμενον, ἀνεπληροῦτο πάλιν νυκτί, καὶ ἄρτιον ἦν,* quod ex Pherecyde

didicit, qui in 2do libro ap. Schol. in Apoll. Rhod. II. 1252. ait, ὅτι ὁ ἀετὸς ἤσθιεν τῆς ἡμέρας τοῦ ἥπατος· τὸ δὲ λειπόμενον ηὔξετο τῆς νυκτὸς καὶ ἐγένετο ἴσον. totam de aquila Promethea mythologiam doctissime ibidem narrat Scholiasta. Quinetiam et Noster in Prometheo Soluto dicit aquilam tertio quoque die advolare: cf. notam. πανῆμαρ, et πανημέριος, pro *toto die* apud Homerum ponuntur; et πανάμερος apud Sophocl. Trachin. 662. quod male intellexit Musgravius. Aristoph. Ran. 387. πανήμερον παῖσαι. Quare sibi constare Æschylum videmus, nec licentiam postulare, quam ei concedit Butlerus.

1061. *Κελαινόβρωτον ἧπαρ. *Nigrum jecur victum præbens.*

1063. Διάδοχος. Vide supra 473.

1064. *'Αναύγητος. *Haud illuminatus.*

1065. Πρὸς ταῦτα. *Proinde, quapropter. Quum hæc ita sint.* supra 951. 1028. infra 1079. Theb. 57. Suppl. 529. Eurip. Phœniss. 531. Sophocl. El. 383. Ajac. 1115. Aristoph. Acharn. 659. Πρὸς ταῦτα Κλέων καὶ παλαμάσθω. ex Euripide, ut videtur: vid. Cicer. Attic. VIII. 8. cujus edd. male exhibent πρὸς τοῦθ'. Larcherus in Herodot. III. 61. vim hujus formæ non percepit, quum reddidit πρὸς ταῦτα *insuper*. hoc enim est πρὸς τούτοις. Pro πρὸς ταῦτα in Theb. 312. ponitur πρὸς τάδε.

1066. Πεπλασμένος. *Fictus.* Sophocl. Ajac. 148. Τοιούσδε λόγους ψιθύρους πλάσσων. Demosth. Phil. I. 16. λόγους πλάττοντες. Sic ἐκ πλαστοῦ λόγου, Angl. *on a feigned pretence*, Herodot. I. 68. Sophoclis et Demosthenis locos citat Porsonus ad Xenophon. Anab.

1067. Κόμπος. *Jactatio.* Sic Eurip. Hel. 400. τόδ' οὐ κόμπῳ λέγω.

1067. Λίαν εἰρημένος. *Vehementer*, i.e. *serio, dictus*.

1069. Παπταίνω. Vide supra v. 342.

1077. Θωΰσσω. Vide supra v. 73.

1080. Ἀμφήκης. Vide supra 716.

Ibid. Βόστρυχος. *Cincinnus.* Vid. ad Agam. 297.

1081. Ἐρεθίζω. Vide supra 188. Σφάκελος supra 903.

1083. Κραδαίνω. Vide not. ad v. 437. Polemo ap. Macrob. Sat. V. 19. *ὁ δὲ ὀρκούμενος, θάλλον κραδαίνων, ἐστεμμένος, κ.τ.λ.*

1084. *Atque aspero undarum impetu confundat ponti fluctus et astrorum cœlestium tractus.* Citat Stanleius Virg. Æn. XII. 204. Adde Æn. I. 133.

Ibid. Ῥόθιον. *Fluctus violentus. ῥεῦμα, κῦμα τὸ μετὰ ψόφου γινόμενον.* Hesych. Harpocratio ducit *παρὰ τὸν ἐκ τῶν κωπῶν ἀκουόμενον ῥόθον. ὅταν σφοδρῶς ἐλαύνωσιν.* Schol. Arati Phænom. p. 53. *ῥόθια. τὰ ῥεύματα. κυρίως δὲ αἱ τοῦ κλύδωνος ὁρμαί.* occurrit Theb. 362.

1087. Ἄρδην. *Penitus.* Eustath. ad Iliad. Θ. p. 707, 37. *τὸ μέντοι ἄρδην ἐπίῤῥημα, οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸ παραγάγοι τινὰ ὡς ἐκ τοῦ ἄρδω γίνεται, ἀλλὰ μάλιστα ἐκ τοῦ αἴρειν, ὥσπερ ἐκ τοῦ ἀείρειν γίνεται τὸ ἀέρδην. ἔστι γάρ, φασι, τὸ ἄρδην ἀντὶ τοῦ φοράδην. Εὐριπίδης Ἀλκήστιδι,* (611.) *νέκυν ἤδη πρόσπολοι Φέρουσιν ἄρδην ἐς τάφον τε καὶ πυράν.* quod melius videtur vulgata lectione, *πρὸς τάφον τε καὶ πυράν.* Sed ne quem *παραγάγῃ* Eustathii auctoritas, ut credat de hac voce *ὡς ἐκ τοῦ αἴρω γίνεται*; est enim ab *ἄρω*, ut *σύρδην* a *σύρω*, et *φύρδην* a *φύρω*.

1090. Φρενόπληκτος. Vide supra 903.

1090. **Παραπαίω.** Vide supra ad v. 601. Noster ap. Athen. XIV. p. 632. C. Εἴτ' οὖν σοφιστὴς καλὰ παραπαίων χέλυν. ubi ob metrum forsan legendum, εἴτε παραπαίων χέλυν, *Musicæ peritus, an dissone citharam pulsans.* Aristoph. Plut. 508. conjungit ληρεῖν καὶ παραπαίειν. Plato Sympos. 2. p. 176. ed. Basil. sec. μαίνομαι καὶ παραπαίω. Hesych. Παραπαίει· παρακόπτει, μαίνεται, ληρεῖ, παραφρονεῖ.

1097. ***'Ηλιθιόω.** *Fatuum reddo.* ἠλίθιος occurrit Agam. 367.

1098. **Μύκημα.** *Mugitus.* τὸ ὄχημα τῆς τοῦ Διὸς βρόντης. Schol. A. Corrige ἤχημα. cf. v. 1118.

Ibid. **'Ατέραμνος.** Vide supra 198.

1101. **Παρασύρω.** *In obliquum traho.* proprie de torrente dicitur, qui violento impetu obstantia secum rapit: cf. Aristoph. Eq. 526. Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. p. 55. Musgravius citat Longin. 32. p. 71. 33. p. 77. Libanium T. I. p. 76. D. χειμάῤῥους παρασύρει τὴν γεωργίαν.

1102. **'Ασκέω.** *Exerceo.* Herodot. VII. 209. τὴν ἀληθηΐην ἀσκέειν. cf. III. 72. Sophocl. Œd. C. 913. δίκαι' ἀσκοῦσαν πόλιν. cf. Trachin. 384. Eurip. Bacch. 641. ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν. Suppl. 872. χρηστότητ' ἠσκηκότα. 912. τἀγάθ' ἀσκήσας ἀνήρ. Auctor Aur. Carm. 13. δικαιοσύνην ἀσκεῖν. Phocylid. ap. Stob. V. p. 39. σωφροσύνην ἀσκεῖν. Inscript. ap. Spon. Misc. Erudit. Antiq. P. 321. viii. Ἔνθαδε Διάλογος καθαρῷ πυρὶ γυῖα καθήρας, 'Ασκητὴς σοφίης, ᾤχετ' ἐς ἀθανάτους. Crates in Brunckii Anal. T. I. p. 186. ὅσοι τὰ δίκαι' ἀσκοῦσιν.

1105. **Νόσος.** Confer supra 707.

1106. **'Απέπτυσα.** *Respuere solita sum.* Veteres, cum aversabantur aliquid, in sinum despuere solebant. Vid. Eurip. Hecub. 1266. et alibi sæpius; Aristoph. Pac. 527. Noster apud Plutarch. de Isid. et

Osir. p. 639. Ἀποπτύσαι δεῖ καὶ καθήρασθαι στόμα. Theocrit. VI. 16. Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. ubi Schol. ποιοῦσι καὶ τοῦτο (l. τοῦτο καὶ) μέχρι τοῦ νῦν μάλιστα αἱ γυναῖκες, τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπόμενοι. Καλλίμαχος· Δαίμων, τι κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες. Bentl. conj. Καλλίμαχος δ' Αἰτίων τρὶς κ. ἐ. γ. Toupius Δαῖμον, τοι. Petron. Arb. 74. p. 368. *In sinum suum conspuit.* Tibull. I. ii. 56. *Ter cane, ter dictis despue carminibus.* cf. Agam. 982. 1194. Theocrit. II. 62. XX. 11. Theophrast. Char. p. 57. ed. Schneid. Schol. Apollon. Rhod. IV. 478. Misc. Obs. IV. p. 203. Alberti. ad Hesych. v. Ἀπέπτυσε λόγους. Toup. in Schol. Theocrit. VI. 39.

1109. Stanleius laudat Solonis versus: Εἰ δὲ πεπόνθατε δεινὰ δι' ὑμετέρην κακότητα, Μή τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπεμφέρετε.

1114. Δίκτυον ἄτης. sic Agam. 362. γάγγαμον ἄτης.

1117. Σαλεύομαι. *Agitor, ut navis fluctibus.* Active in Rhes. 248. ὅταν—σαλεύῃ πόλις. Sophocl. Œdip. T. 23. πόλις—Ἤδη σαλεύει. Electr. 1074. Etymol. M. p. 381, 3. Ἐσάλευε, λέγεται καὶ ἐπὶ νεῶν καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων. quare in hoc loco nescio annon legendum sit σεσάλευκεν.

1118. Βρύχιος. *Fremens.* Pers. 397. ἅλμην βρύχιον. Apoll. Rhod. I. 1310. βρυχίης ἁλός. Idem. IV. 945. βρύχιαι ponit pro ὑποβρύχιαι. Hesych. Βρύχιος· ὑποβρύχιος. Formatur autem a βρύχω, de qua voce consulas Valcken. ad Ammon. p. 32.

1119. Ἕλιξ. *Volumen.* proprie de vitium capreolis dicitur; *quicquid contorquetur.* Sic Virgilius *tortos imbris radios.*

1120. Ζάπυρος. Idem ac ἄπυρος v. 905.

Ibid. Στρόμβος. *Turbo.* Hesych. Στρόμβος. δῖνος, κόχλος. ῥόμβος, συστροφὴ ἀνέμου, περιφερὴς λίθος. ultimo sensu exstat Il. Ξ. 413. Est autem pro στρόβος, quæ vox occurrit Agam. 659. inserto μ, quod in aliis etiam vocibus factum est; e. g. Στρόβιχος, Στρόμ-

βιχος. τύπανον, τύμπανον, atque aliis pluribus, de quibus alibi fusius disseram.

1123. *Discordiam ex adverso spirantem inter se exhibentes.*

1125. Ῥιπή. Vide supra ad v. 126.

1126. Τεύχω. *Creo.* vel potius in hoc loco *creare tento.* sic Pers. 188. στάσιν Ἔτευχον. Homer. Iliad. A. 110. Ἑκηβόλος ἄλγεα τεύχει. Eurip. Androm. 645. τεύχειν ἔριν.

1128. Αἰθήρ. *Firmamentum cœli.* ut in Agam. 6. Eurip. Phœniss. 514. Ion. 1147.

Ibid. Φάος εἱλίσσων. Theodectes apud Stob. X. p. 126. Ὦ καλλιφεγγῆ λαμπάδ' εἱλίσσων φλογός, Ἥλιε. Vid. Valcken. Diatrib. c. 6. Porson. ad Phœniss. 1.

FINIS GLOSSARII IN PROMETHEA VINCTUM.

INDEX

IN

GLOSSARIUM.

A.

FINIS.



TYPIS R. TAYLOR, SHOE-LANE.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ

ÆSCHYLI
AGAMEMNON

AD FIDEM MANUSCRIPTORUM

EMENDAVIT

NOTAS ET GLOSSARIUM

ADJECIT

CAROLUS JACOBUS BLOMFIELD S.T.P.

COLLEGII SS. TRINITATIS

APUD CANTABRIGIENSES OLIM SOCIUS



EDITIO TERTIA



LONDINI

VENEUNT APUD J. MAWMAN

M DCCC XXVI.

LONDINI

TYPIS RICARDI TAYLOR, SHOE-LANE.



PRÆFATIO.

Tandem tibi, L. B. in manus traditur Agamemnon; quæ fabula, si ex Æschyleis sola superesset, auctori suo summi poetæ laudem merito ac jure vindicaret. Quæ nunc prodit in lucem ejus editio, vereor ne mole sua laborare existimetur, quum in paginarum numerum excurrat duplo fere eo majorem, quo solent libelli nostri contineri. Aliter tamen fieri non potuit, quum ipsa sit fabula ceteris ejusdem auctoris multo procerior; totque in se habeat loca obscura, dubia, vexata; de quibus prolixius necessario agendum erat, aliorum tentamina recensenti, nostramque etiam sententiam declaranti. In summa enim codicum manuscriptorum penuria, patuit latior conjecturis campus, in quem libere evagati sunt viri maximæ inter eruditos dignitatis, Casaubonus, Vossius, Pearsonus, Stanleius, qui Agamemnonem haud paucis in locis pristino nitori restituerunt. De subsidiis autem quibus freti editores hanc tragœdiam aggressi sunt, jam paucis dicendum est.

In editionibus Aldi, Robortelli, et Turnebi, vix aliquot particulæ Agamemnonis conspiciuntur: est enim magna lacuna post v. 301. usque ad v. 1034. rursusque post v. 1129. cui statim subnectitur mutilus Choephororum prologus*; quem a prioribus disjungendum esse vidit Robortellus. Defectum primus supplevit Petrus Victorius, cujus verba, utpote quæ lectu digna sint, hinc apponam. "Una certe in re illis feliciores fuimus, quod integram Agamemnonem nacti sumus: cujus fabulæ prima tantum pars, atque ea quidem pusilla, typis antea excusa fuerat. Nam quod prius, errore quodam non parvo, confusa hæc fabula erat cum Choëphoris, originem hujus incommodi, nisi fallor, indicabo. Erant in vetustissimo nobilissimoque volumine, quo continentur omnes Sophoclis atque Æschili tragœdiæ, quæ superiorum temporum acerbitatem subterfugere: necnon Apollonii etiam Argonautica: (id autem apud nos est:) ambæ hæ fabulæ, eodem ordine scriptæ quo res gestæ fuere: ut Agamemnon præcederet; consequerentur Choephoræ. Lapsæ autem illinc sunt paginæ non-

* Fabricio humanum accidit, quum in Bibl. Gr. II. 16. ita scriberet; "Agamemnonem Æschyli in prima editione mancam et cum Choephoris confusam, distinxerunt et integritati suæ ex MStis codd. restituerunt Franciscus Robortellus, Bartholomæus Barbadorus, Hieronymus Mæus."

nullæ, sive ab improbo quopiam excisæ, in quibus reliqua, ac magna quidem illa pars Agamemnonis continebatur, et initium Choephorarum manebat: neque enim multa a principio hujus fabulæ videntur desiderari. Alium autem librum inveneramus, in quo Agamemnon integra esset: quum tamen nec in illo, nec in altero ullo Choëphoras totam reperire potuerimus. Quare affirmare ausim, eam partem hujus tragœdiæ ex hoc nostro exemplari manasse: unde sane descripta fuerit, postquam id incommodum, quod narravi, acceptum est: quare mutilata capite atque initio suo in manus venit. Quod vero ad Agamemnonem pertinet, ne quicquam omitteremus, quod ad ejus restitutionem faceret, quum audissemus Romæ in bibliotheca Alexandri Farnesii summi antistitis, atque omni re, nobili ac splendido homine digna, instructissimi, Æschyli volumen inveniri, in quo hæc fabula legeretur, conferendam eam, a nobis descriptam, curavimus cum eo exemplari: in quo nobis operam suam fidelem atque eruditam præbuit Gulielmus Sirletus, ut cuncta diligenter notaret, quæ aliter illic legerentur. Nos autem postea varietatibus illis diligenter ponderatis, in eam opinionem venimus, ut nostrum librum non deteriorem illo putaremus; ac magnam partem eorum quæ variata in eo offenduntur, immutatam ab aliquo crederemus,

In editionibus Aldi, Robortelli, et Turnebi, vix aliquot particulæ Agamemnonis conspiciuntur: est enim magna lacuna post v. 301. usque ad v. 1034. rursusque post v. 1129. cui statim subnectitur mutilus Choephororum prologus *; quem a prioribus disjungendum esse vidit Robortellus. Defectum primus supplevit Petrus Victorius, cujus verba, utpote quæ lectu digna sint, hinc apponam. "Una certe in re illis feliciores fuimus, quod integram Agamemnonem nacti sumus: cujus fabulæ prima tantum pars, atque ea quidem pusilla, typis antea excusa fuerat. Nam quod prius, errore quodam non parvo, confusa hæc fabula erat cum Choëphoris, originem hujus incommodi, nisi fallor, indicabo. Erant in vetustissimo nobilissimoque volumine, quo continentur omnes Sophoclis atque Æschili tragœdiæ, quæ superiorum temporum acerbitatem subterfugere: necnon Apollonii etiam Argonautica: (id autem apud nos est:) ambæ hæ fabulæ, eodem ordine scriptæ quo res gestæ fuere: ut Agamemnon præcederet; consequerentur Choephoræ. Lapsæ autem illinc sunt paginæ non-

* Fabricio humanum accidit, quum in Bibl. Gr. II. 16. ita scriberet; "Agamemnonem Æschyli in prima editione mancam et cum Choephoris confusam, distinxerunt et integritati suæ ex MStis codd. restituerunt Franciscus Robortellus, Bartholomæus Barbadorus, Hieronymus Mæus."

nullæ, sive ab improbo quopiam excisæ, in quibus reliqua, ac magna quidem illa pars Agamemnonis continebatur, et initium Choephorarum manebat: neque enim multa a principio hujus fabulæ videntur desiderari. Alium autem librum inveneramus, in quo Agamemnon integra esset: quum tamen nec in illo, nec in altero ullo Choëphoras totam reperire potuerimus. Quare affirmare ausim, eam partem hujus tragœdiæ ex hoc nostro exemplari manasse: unde sane descripta fuerit, postquam id incommodum, quod narravi, acceptum est: quare mutilata capite atque initio suo in manus venit. Quod vero ad Agamemnonem pertinet, ne quicquam omitteremus, quod ad ejus restitutionem faceret, quum audissemus Romæ in bibliotheca Alexandri Farnesii summi antistitis, atque omni re, nobili ac splendido homine digna, instructissimi, Æschyli volumen inveniri, in quo hæc fabula legeretur, conferendam eam, a nobis descriptam, curavimus cum eo exemplari: in quo nobis operam suam fidelem atque eruditam præbuit Gulielmus Sirletus, ut cuncta diligenter notaret, quæ aliter illic legerentur. Nos autem postea varietatibus illis diligenter ponderatis, in eam opinionem venimus, ut nostrum librum non deteriorem illo putaremus; ac magnam partem eorum quæ variata in eo offenduntur, immutatam ab aliquo crederemus,

In editionibus Aldi, Robortelli, et Turnebi, vix aliquot particulæ Agamemnonis conspiciuntur: est enim magna lacuna post v. 301. usque ad v. 1034. rursusque post v. 1129. cui statim subnectitur mutilus Choephororum prologus*; quem a prioribus disjungendum esse vidit Robortellus. Defectum primus supplevit Petrus Victorius, cujus verba, utpote quæ lectu digna sint, hinc apponam. "Una certe in re illis feliciores fuimus, quod integram Agamemnonem nacti sumus: cujus fabulæ prima tantum pars, atque ea quidem pusilla, typis antea excusa fuerat. Nam quod prius, errore quodam non parvo, confusa hæc fabula erat cum Choëphoris, originem hujus incommodi, nisi fallor, indicabo. Erant in vetustissimo nobilissimoque volumine, quo continentur omnes Sophoclis atque Æschili tragœdiæ, quæ superiorum temporum acerbitatem subterfugere: necnon Apollonii etiam Argonautica: (id autem apud nos est:) ambæ hæ fabulæ, eodem ordine scriptæ quo res gestæ fuere: ut Agamemnon præcederet; consequerentur Choephoræ. Lapsæ autem illinc sunt paginæ non-

* Fabricio humanum accidit, quum in Bibl. Gr. II. 16. ita scriberet; "Agamemnonem Æschyli in prima editione mancam et cum Choephoris confusam, distinxerunt et integritati suæ ex MStis codd. restituerunt Franciscus Robortellus, Bartholomæus Barbadorus, Hieronymus Mæus."

nullæ, sive ab improbo quopiam excisæ, in quibus reliqua, ac magna quidem illa pars Agamemnonis continebatur, et initium Choephorarum manebat: neque enim multa a principio hujus fabulæ videntur desiderari. Alium autem librum inveneramus, in quo Agamemnon integra esset: quum tamen nec in illo, nec in altero ullo Choëphoras totam reperire potuerimus. Quare affirmare ausim, eam partem hujus tragœdiæ ex hoc nostro exemplari manasse: unde sane descripta fuerit, postquam id incommodum, quod narravi, acceptum est: quare mutilata capite atque initio suo in manus venit. Quod vero ad Agamemnonem pertinet, ne quicquam omitteremus, quod ad ejus restitutionem faceret, quum audissemus Romæ in bibliotheca Alexandri Farnesii summi antistitis, atque omni re, nobili ac splendido homine digna, instructissimi, Æschyli volumen inveniri, in quo hæc fabula legeretur, conferendam eam, a nobis descriptam, curavimus cum eo exemplari: in quo nobis operam suam fidelem atque eruditam præbuit Gulielmus Sirletus, ut cuncta diligenter notaret, quæ aliter illic legerentur. Nos autem postea varietatibus illis diligenter ponderatis, in eam opinionem venimus, ut nostrum librum non deteriorem illo putaremus; ac magnam partem eorum quæ variata in eo offenduntur, immutatam ab aliquo crederemus,

qui in suos quosdam versus restituere chori cantus voluerit: sæpe enim addita aut demta illic quædam cognovimus, quæ consilium ejus adjuvarent."

Victorius exemplar suum Æschyli Henrico Stephano dedit, cum antiquis libris, ac præsertim cum pulcherrimo isto ac vetustissimo codice, summa cura summoque studio collatum. Huic autem exemplari profitetur se Stephanus plerumque fidem habuisse, nec tamen ita secutum esse, ut in lectiones ejus quasi jurasse videri posset. Erat autem, ut videtur, liber ille Petri Victorii vetustissimus nobilissimusque, idem atque Codex Mediceus, qui hodiedum in bibliotheca Laurentiana Florentiæ adservatur. De quo ita loquitur Needhamus; "*Mediceus.* Codex MS. membranaceus, vetustate insignis, quo Petrus Victorius usus est; nunc repositus in Pluteo XXXII. N°. 9. Laurentianæ Mediceæ Bibliothecæ; cujus collationem confecit, et transmisit D^us. Antonius Maria Salvinus, Græcarum literarum publicus in Academia Florentina Professor. A. D. 1745." De hoc codice plura dixi ad Promethea, in indice MStorum. Plenior ejus notitia a Bandinio peti potest. Quum autem in his regionibus fama invaluisset, hunc librum vere insignem bibliothecæ Florentinæ ab hoste barbaro direptum fuisse, fatumque ejus viri quidam docti deplorarent; haud

ita pridem certior factus sum ab erudito viro Francisco de Furia, istius bibliothecæ præfecto, codicem Mediceum revera nunquam extra mœnia ejus evolasse. Est etiam in eadem bibliotheca, Plut. XXXI. 8. codex papyraceus, in forma, quam dicunt, quarta; scriptura autem sæculi XIV. continet vero Promethea, Septem c. Thebas, Persas, Agamemnona, Eumenidas, cum glossis interlinearibus, et scholiis marginalibus. Hujus libri collationem mihi confecere Gaspar. Bencinius, bibliothecæ subpræfectus, et Franciscus Poggius ejusdem minister. Eam tamen non ante nactus sum, quam magna pars tragœdiæ jam typis esset expressa. Præbet autem insignem quandam lectionis varietatem; quare ipsam collationem subjiciendam curavi. Qui vero in adnotatione *Venet.* dicitur, codex est DCXVI. sæculi XIII. in bibliotheca Marciana Venetiis adservatus. Hunc librum, a me rogatus ut conferendum curaret, ipse contulit Vir non minus humanitatis quam eruditionis laude per multos jam annos florentissimus, Jacobus Morellius, a Consiliis Imper. Aug. Bibliothecæ Venetæ Præfectus, qui in litteris ad me datis hunc fere in modum de fatis ejus disserit; "Codex, de quo variæ lectiones sumtæ sunt, rapacitate hostium, cum multis aliis, ex Bibliotheca Veneta ablatus, ei nunc redditus, omine bono in

usum tibi cedit. Eodem, cum aliis Æschyli Marcianis, pro sua editione Robortellius fortasse usus est, cum ei ab an. 1549. ad 1552. litteras Venetiis profitenti, bibliotheca publica patuerit; quanquam nullibi codicum Venetorum mentionem injecerit, homo ceteroquin eos aversatus, qui codices MSS. afferebant, locis, quibus asservabantur, non indicatis." Hæc ille. Atqui certum puto Robortellum hunc codicem nunquam oculis usurpasse, quum in editione sua omnia hujus fabulæ omiserit post v. 1129. quæ tamen in libro Venetó exstant. Hoc tamen observandum est, hunc librum, non secus ac Florentinum, haud paucis in locis cum Robortello conspirare, ubi ille ab exemplari Aldino discedit.

Hactenus de novis subsidiis quæ huic nostræ editioni accesserunt. Codex autem Guelferbitanus, sæculo xv. ut aiunt, scriptus, nisi paucissimis in locis cum editione Aldina consentit, "ut hanc inde impressam dixeris," inquit Butlerus, "nisi adhuc major sit consensio codicis nostri Ven. 1." Equidem vix dubito quin liber Guelferbitanus ex editione Aldina transcriptus fuerit.

Casauboni conjecturas, quæ passim memorantur, ex margine libri cujusdam in bibliotheca regis Gallorum adservati desumtas, Needhamio transmisit Joannes de Burigny. Sic describitur a Vau-

villerio. "*Æschyli Agamemnon* cum Isaaci Casauboni interpretatione interlineari. Accedunt ejusdem notæ et observationes eruditissimæ. Is codex ipsius Casauboni manu anno 1610. exaratus, jam diu furto ablatus e bibliotheca regia, tandem anno 1729. ære regio redemtus est." Vauvillerius autem jure miratur prodigiosum multis in locis consensum inter Casaubonum et Stanleium, de quo ipse lector ex adnotatione nostra judicare poterit. Et is quidem talis est, ut vel Stanleium hunc librum compilasse, vel hujus libri scriptorem, quisquis demum fuerit, emendationes Stanleianas in suos usus convertisse, etiam atque etiam adfirmare audeam. Jam vero, quum Boissonadus, vir judicii in hujusmodi rebus probe exercitati, tradat scripturam hujus codicis esse duplicem, utramque autem videri antiquiorem anno 1663. quo publica facta est Stanleiana editio; ceteros nescio, ego certe in ea opinione persto, quam annis abhinc aliquot caute proposui, non, ita me Deus amet, calumniandi studio aut invidia, sed puro ac simplice veritatis amore impulsus. Alia argumenta haud sane levia, quibus hanc opinionem stabilire possem, in medium proferre supersedeo, quum nihil magis absit, quam ut Stanleio meritos honores, hærentemque capiti multa cum laude coronam detrahere velim. Meminerint tamen viri optimi doctissimique, qui suspiciones nostras acute qui-

dem, sed paullo vehementius repulerunt, quæstionem nequaquam levem esse, neque nihil ad rem litterariam facientem, utrum tot emendationes, feliciter natæ, hujus sint an illius critici. Casaubono in honorem cesserint, an Stanleio, nihil mei interest, qui id tantum rem investigando efficere voluerim, ut suum cuique daretur. Qui vero de hac lite ex testimoniis utrinque adlegatis judicare vult, expendere debet tum ipsas emendationes, quæ et Casauboni et Stanleii nomina præ se ferunt, tum ea, quæ in sua ad Æschylum Præfatione docte ac pereleganter conscripta, disseruit Butlerus, pp. xxxi. seqq.* A cujus sententia si invitus discedo, æquo animo, uti spero, dissensum feret Vir eruditus, meque audiet simpliciter ac sine fuco profitentem, nihil magis a consuetudine mea animoque abhorrere, quam ut ex magni nominis spoliis gloriolam aucuper. Correctiones, quæ ex Vossii libro † passim memorantur, quæque cum Bigotianis plerumque concordant, magnopere suspicor ex Josephi Scaligeri penu derivatas fuisse.

---

* Quæstionem ad liquidum perduxi in Museo Critico Cantabrigiensi T. II. p. 488. ubi librum indicavi, ex quo Porti, Aurati, et Vossii conjecturas exscripsi. Codex Triclinianus (T.) ibidem ab Elmsleio describitur p. 457.

† Exstant inter schedas Needhamianas conjecturæ quædam e libro quodam in bibliotheca Leidensi reposito descriptæ, de quo hæc nota-

De numero eorum qui Choro saltabant in Æschyli temporibus, dixi in præfatione ad Persas. Fuerit quindecim, si libet ita credere; nulla tamen lege definitus est. Chori partes ad v. 1315. inter quindecim senes dispertivi, Hermanni sententiam secutus, quæ veritatis quidem speciem præ se ferre videtur.

Quartum histrionem in scenam produxisse Æschylum in Agamemnone refert Pollux IV. 110. *εἰ δὲ τέταρτος ὑποκριτής τι παραφθέγξαιτο, τοῦτο παραχορήγημα ἐκαλεῖτο. καὶ πεπρᾶχθαί φασιν αὐτὸ ἐν Ἀγαμέμνονι Αἰσχύλου.* "Equidem," inquit Tyrwhittus ad Aristot. Poet. §. 10. "nullum locum, ubi quarto histrione opus esse posset, in Agamemnone video, uti hodie exstat. Est locus in Choephoris, v. 900. ubi præsentibus in scena et colloquentibus *οἰκέτῃ*, sive *ἐξαγγέλῳ*, Clytæmnestra et Oreste, quartus, ut videtur, interloquitur Pylades; sed Scholiastes rem alio modo expedit. *μετεσκεύασται*, inquit ille, *ὁ ἐξάγγελος εἰς Πυλάδην, ἵνα μὴ διλέγωσιν* (*δ' λέγωσιν* Tyrwhitt.).

---

vit is qui descripserat: "Æschylus ex officina H. Stephani A.D. 1557. in 4to. Num. 217. in prima pagina hæc nota; *Gerardus Vossius emit me sibi in auctione illustrissimi viri Josephi Scaligeri, qui manu sua loca innumera restituit.*" Ad finem notavit, "Hæ varietates quas exscripsi non sunt omnes a Scaligero, nam secunda sæpe occurrit manus, forte Vossii."

Priora sic intelligo, quasi ὁ ἐξάγγελος post v. 886. e scena sponte discesserit, et ante v. 900. in Pyladem transformatus redierit." Mihi quidem non absurdum videtur conjicere, hunc ipsum locum spectari a criticis apud Pollucem citatis. Nam Choephori sub Agamemnonis titulo etiam alibi laudatur*. Hesych. Γονίας. εὐχερής. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι. Locus, ad quem respicit grammaticus, est Choeph. 1067. Nescio quid statuendum sit de versu, qui apud grammaticum Sangerman. p. 353, 10. profertur, quasi ex Æschyli Agamemnone, χαλκὸν ἀθέριτον ἀσπίδος ὑπερτενῆ. "Æschyli versum," inquit Ruhnkenius, "in Agamemnone frustra quæras." Absurda sunt quæ de vocabulo ἀθήρης tradit grammaticus. Forsan legendum χαλκὸν ἀθέριστον, ἀσπίδων ὑπερτενῆ. Num excidit hic versus post v. 870. hujus fabulæ? ἀθέριστον interpretor *non messum*. Eurip. Suppl. 716. τραχήλους κἀπικειμένον κάρα Κυνέας θερίζων. Vid. Glossar. ad v. 520†.

De unitate temporis, quæ in hac fabula negligitur, quædam notavi ad v. 486. ubi Schol. τινὲς μέμφονται τῷ ποιητῇ, ὅτι αὐθημερὸν ποιεῖ τοὺς

* Quod observavit Hermannus ad Aristot. Poet. p. 110.

† Hesych. Ἀσκεύοις: ψιλοῖς. ἀπαρασκεύοις. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι.

Ἕλληνας ἥκοντας. confer notata ad v. 645. Equidem de hac re paullo aliter quam interpretes statuerim. Poeta, ut mihi quidem videtur, non eadem nocte et Trojam captam et Agamemnonem redeuntem sistit; sed inter faces Clytæmnestræ visas, et præconis reditum, tantum temporis tacite fingit elapsum, quantum ad transvectionem classis sufficeret; et forsan ob hanc caussam prolixos interjecerit cantus, qui actionem quodammodò interrumperent. Fabula noctu incipit; quod ex prologo satis patet; præsertim ex v. 21. ὦ χαῖρε λαμπτὴρ νυκτός. Quum speculator e scena discedit, aliquantum temporis effluit, antequam fiat Chori parodus; nam senes statim loquuntur de sacrificiis dudum a Clytæmnestra instauratis v. 89. et jam mane illuxit, quando regina in scenam prodit: vid. v. 270. 314. 321. unde illud saltem ostenditur, Æschylum non finxisse Agamemnonem eadem nocte reversum, qua Troja capta est. Hoc etiam manifestum est, quum ex aliis argumentis, tum ex iis quæ narrat Talthybius ad v. 650. seqq. Expendi autem meretur, num Chorus scenam reliquerit post v. 357. vel post v. 471. quo facilius spectatores sibi fingerent elapsum esse certum temporis spatium. Hujusmodi discessiones Chori interdum fiebant, (e. g.

in Sophoclis Ajace) et *μεταναστάσεις* dicebantur. Pollux IV. 108. *καὶ ἡ μὲν εἴσοδος τοῦ χοροῦ πάροδος καλεῖται. ἡ δὲ κατὰ χρείαν ἔξοδος, ὡς πάλιν εἰσιόντων, μετανάστασις.* Quin et in Eumenisin, scena subito a Delphis ad Athenas transfertur; ubi non tantum loci mutatio, sed et temporis lapsus contra id quod verisimile est fingitur. Quidquid de hac quæstione statuamus, certe minus in hac parte peccavit Æschylus, quam Shakespearius noster, qui inter duos fabulæ actus viginti annos interposuit. Ceterum Goesii commentarium in hanc fabulam, ab Erfurdtio laudatum ad Soph. Ant. 367. nusquam videre potui. Agamemnonis versionem Teutonicam iisdem metris, quibus Græca continentur, conclusit Vir, tum loco tum doctrina insignis, Gulielmus ab Humboldt, Borussorum nunc temporis apud regem Britannorum legatus. Hanc quidem interpretationem, quam præclaram vocat Hermannus, paucis tantum in locis excutere potui, quum Germanice parum sciam. Habet autem ad calcem adjectas egregias quasdam ipsius Hermanni correctiones, quas in suis locis commemoravi. Etiam aliam versionem eadem lingua, metris item Græcis, fecit Conzius, de qua judicium tulit H. Vossius in Annal. Litter. Heidelberg. a. 1815. N. 17.

18. nec aliunde mihi quam ex ista censura innotuit. Restat ut varietatem codicis Florentini subjiciam.

Varietates Codicis Florentini 8. *Plutei* 31. *Bibliothecæ Mediceo-Laurentianæ.*

V. 5. βροτοῖς θέρος
9. 10. cum Robortello.
Γε (sic manu antiqua)
11. ἂν δὲ
ἐν (sic manu antiqua)
16. ἐκτέμνων
22. νῦν φῶς πιφαύσκων
29. ἀγγέλων
37. λέξει· ὡς
44. ἴλιον αὐτὰν in marg. pro v. l.
47. κλάγξαντες
δο (sic manu antiqua et
63. ἐρειπομένου [forsan eadem)
64. πρωτελείοις (cogitabat librarius de πρωτολείοις)
71. ἀτίται
74. ἰσόπεδα
78. τόθἵπερ γήρως
79. τρίποδος
86. πυθοῖ
90. δώροις
96. λέξασ' ὅ, τι
104. καταπνεύει
109. σύμφρονα ταγὰν
113. ἀργίας. οἱ φανέντες
115. δορυπάλτου
116. παμπρέποισιν ἕδραις
119. αἴλινον semel.
120. λήμμασι
123. οὕτω δ' οὖν εἶπε
131. στρατωθέν·
133. πτανοῖς
136. αἴλινον semel.
137. τόσον
138. ἀέπτοις μαλερῶν sine ὄντων
140. ὀβρικάλοις
142. κρᾶναι
143. φάσματα τῶν στρουθῶν
146. ἀπλοΐδας
148. 9. μίμνει (sine γὰρ) φοβερὰ παλίνορτος

152. οἶκος
154. αἴλινον semel.
164. οὐδὲν λέξαι
η (sic)
ο
170. μάθ
178. ἀχαιϊκῶν
180. τύχαις
παλίμμ (sic manu antiqua)
189. πολυμήκη
202. παρθενοσφάγοις
210. γὰρ εὖ εἴη
212. δυσεβῆ
214. παντότολμον
221. παρθένειον
222. βραβεῖς
223. φράσε
226. ἀέρδειν
229. ἀναύδων
237. εὐπόταμον
243. γένοιτ' ἂν κλύοις
254. Κλυταιμν. Κλύοιμ' ἂν . . . . . σιγῶντι φθ.
255. Ἄγγελος. εὐάγγελος
259. τοὖπος
280. σκοπὰς
285. οἵ τ'
306. τοιοῦτον
326. ναίουσιν
οι (sic eadem manu)
332. ἐμπίπτη
333. πορθεῖν—κέρδεσι
359. τοῦτ' ἐξιχνεῦσαι
370. ὥστ' ἀπαρκεῖν
382. τρίβω και
386. θεὶς
398. δ' ἀνέστενον
400. ἰὼ δῶμα καὶ
406. εὐμόρφων δὲ
407. ἀνδρί
413. χειρῶν
424. ἑκάστου (sine τοὺς)
431. γεμίζων λέβητας (sine τοὺς)
447. ἀπόσκοποι
448. δ' Ἐριννύες (sine οὖν)
457. μήδ' εἴην
ει (sic manu eadem)
462. ἤ, τοι
465. καρδίαν, ἔπει ἔπειτ'
471. γυναικογήρυτον
472. εἰσόμεθα
495. καὶ παγώνιος
505. ἡμῖν
522. οὐκ ἀντερῶ
525. ἴστε
570. ἀνωλολύξαμεν
573. ἐνίππων
607. ἀχαιϊκοῦ
643. ἐριπίων
ειν (sic eadem manu)
663. κλύων

ως (sic eadem manu)
697. οὗτος
709. ἅταις
716. πάραυτα δ' ἐλθεῖν
721. παρακλίνασ'
ἀς (sic eadem manu)
722. πικροῦ
726. ἐρινύς
727. articulus omittitur.
758. σεβίζω
779. τις omittitur.
806. φθόνων
θ τ (sic ead. m.)
861. κατεσβήκασιν
862. κλαβάς
871. στόλον
ρ (sic ead. m.)
892. βαρβάθου
η (sic ead. m. quod nescio an præstet)
893. βόαμα
919. καὶ τοῖς δὲ
923. οὕτω
ων (sic ead. m.)
930. δόμους
940. ὑπερτίνασα
945. ἐπιστρεφωμένου
οι
947. μέλῃ δέ σοι
957. ἀκάτα
969. εὔχομαι δ' ἐξ ἐμᾶς ἐλπίδος (quare forsan legendum εὔχομαι τάδ' ἐξ ἐμᾶς = ἐλπίδος ψύθη πεσεῖν)
985. κἀξ ἀλόκων
988. πρόπαρ
991. γε omittitur
1008. τλῆναι δουλείας μάζης βίου
1012. παρὰ σταθμῶν
1039. 1043. ὀτοτοτοὶ πομποῖ δᾶ.
1048. ἀγυίατ' ex correctione.
1053. ἀγυίατ'
1055. εἰ σύ. τό, μηδ' ἐννοεῖς
1056. κᾶτα δ' οὐκ
1061. εὗρις
1064. μαρτυρίοις μὲν γὰρ τοῖσδε πεπείθομαι
1065. τά cum Veneto.
1080. ὀρεγμένα
1098. sic
1103. sic
1116. περιβαλόντες γὰρ
ω (sic ead. m.)
1121. ἐπιφόβα
ο
1122. μελοτυπεῖς
1123. ἔχῃ
1134. πέπληγμαι δ' ὑπὸ
1145. σε κακοφρονεῖν
1156. ῥινηλατούσῃ

1158. σύμφογγος
1163. πρώταρχος
1202. τοιάδε
1219. sic
1222. τίνος
ει (sic ead. m.)
1223. παρεσκόπης
1229. δίπλους
1260. ἐκ θεῶν
1266. πολλὰ δὲ σοφὴ
1311. θανάτων ἐπικρανεῖ.
1327. τῆς μελλούσης
1352. ἀμύνασθαι
1354. περιστοιχίζων
e (sic ead. m.)
1382. ἀπέταμες
1409. ἐμπατεῖ
1421. φιλήτως
1440. ἐκτρέχης
1442. ὄλεσαν,
1445. ταντανλίδεσιν
1449. ἐννόμως
ας (sic ead. m.)
1453. γέννης
1462. πανεργέταν
1466. ἰώ semel
1470. εὐσεβεῖ
1508. φροντίδος
1518. sic
1559. θεμένη
1560. δύσπλητα
1583. sic
1611. δεσμὸν
1617. τῶδε βουλεύσας
1630. σειραφόρον
1648. ἔρξαντες
1656. κλυτ. 'Αλλ' ἐγὼ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟΣ.



Αγαμεμνων εἰς Ἴλιον ἀπιών, τῇ Κλυταιμνήστρᾳ, εἰ πορθήσοι[1] τὸ Ἴλιον, ὑπέσχετο[2] τῆς αὐτῆς ἡμέρας σημαίνειν διὰ πυρσοῦ. ὅθεν σκοπὸν ἐκάθισεν ἐπὶ μισθῷ Κλυταιμνήστρα ἵνα τηροίη τὸν πυρσόν. καὶ ὁ μὲν ἰδὼν ἀπήγγειλεν· αὐτὴ δὲ τὸν[3] τῶν πρεσβυτῶν ὄχλον μεταπέμπεται, περὶ τοῦ πυρσοῦ ἐροῦσα· ἐξ ὧν καὶ ὁ χορὸς συνίσταται· οἵτινες ἀκούσαντες παιανίζουσι[4]. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Ταλθύβιος[5] παραγίνεται, καὶ τὰ κατὰ τὸν πλοῦν διηγεῖται. Ἀγαμέμνων δ' ἐπὶ ἀπήνης ἔρχεται· εἵπετο δ' αὐτῷ ἑτέρα ἀπήνη, ἔνθα ἦν τὰ λάφυρα καὶ ἡ Κασάνδρα. αὐτὸς μὲν οὖν προεισέρχεται εἰς τὸν οἶκον σὺν τῇ Κλυταιμνήστρᾳ. Κασάνδρα δὲ προμαντεύεται, πρὶν εἰς τὰ βασίλεια εἰσελθεῖν, τὸν ἑαυτῆς καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος θάνατον, καὶ τὴν ἐξ Ὀρέστου μητροκτονίαν, καὶ εἰσπηδᾷ ὡς θανουμένη, ῥίψασα τὰ στέμματα. τοῦτο δὲ τὸ μέρος τοῦ δράματος θαυμάζεται[6], ὡς καὶ ἔκπληξιν καὶ οἶκτον ἱκανὸν ἐμποιεῖν[7].

1. πορτήσοι Ald. Turn. πορθήσει Steph. et recentiores.

2. Omittunt ὑπέσχετο Ald. Rob. Turn. inserto ἔφη post σημαίνειν.

3. τὸν omittunt Ald. Rob. Turn.

4. παιανιάζουσι Ald. Rob.

5. De Talthybii persona vide adnotata ad v. 486.

6. θαυμαστόν ἐστι, ὡς Flor.

7. ὡς ἔκπληξιν ἔχον, καὶ οἶκτον ἱκανόν Ald. Rob. Turn. Suspicor H. Stephanum vocem ἐμποιεῖν de suo addidisse, ἔκπληξιν ἔχον recte dicitur pro ἐκπλ. παρέχον. Vid. Duker. ad Thucyd. II. 41.

ἰδίως[8] δὲ Αἰσχύλος τὸν Ἀγαμέμνονα ἐπὶ[9] σκηνῆς ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ· τὸν δὲ Κασάνδρας σιωπήσας θάνατον, νεκρὰν αὐτὴν ὑπέδειξε[10]. πεποίηκέ τε Αἴγισθον καὶ Κλυταιμνήστραν, ἑκά-

8. ἰδίως. Stanleius interpretatur, *private, suo ingenio*. Minus accurate. Rectius verteris *peculiariter*. Hunc usum adjectivi ἴδιος satis illustrat locus Scholiastæ in Sophocl. Aj. 815. *τοῖς ἐπειγομένοις πρὸς θάνατόν ἐστιν ἴδιον ἀποθνήσκειν ἐν σιωπῇ—ὁμοίως καὶ τοῖς ποιηταῖς ἐστιν ἴδιον εἰσάγειν ἄλλους διηγουμένους τὸν τρόπον τοῦ θανάτου τῶν ἀποθνησκόντων.*

9. ὑπὸ σκηνῆς conj. Stanleius, quia Agamemnon in scena non trucidatur; firmat autem conjecturam suam Vir egregius verbis Philostrati, qui de Æschylo ita loquitur, *τὰ ὑπὸ σκηνῆς ἀποθνήσκειν ἐπενόησε, ὡς μὴ ἐν φανερῷ σφάττοι.* Verum hæc correctio, etsi speciem probabilem præ se fert, non est adeo explorata, ut nullus dubitationi locus supersit. Ut mihi quidem videtur, Agamemnon in scena trucidatur; in ea tamen parte quæ sit ex oculis Chori remota; adeo ut spectatoribus actio quasi duplex ante oculos sistatur. Ex hac parte Clytæmnestra maritum occidens per fores conspicitur; ex illa chorus senilis ante ædes regias dubitat pavetque. Dum incerti hæsitant, egreditur regina, Agamemnonis cadavere intra januam conspicuo, ad quem digitum intendens, ait, *οὗτός ἐστιν Ἀγαμέμνων, ἐμὸς πόσις*, v. 1375. Ceterum quod raro factum est, ut hujusmodi cædes coram populo peragerentur, etiam Sophoclis Ajax in remota scenæ parte suo gladio incumbit. Recte observavit vetus interpres ad v. 814. *ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῖς παλαιοῖς σπάνια. εἰώθασι γὰρ τὰ πεπραγμένα δι' ἀγγέλων ἀπαγγέλλειν. τί οὖν τὸ αἴτιον; φθάνει Αἰσχύλος ἐν Θρῄσσαις τὴν ἀναίρεσιν Αἴαντος δι' ἀγγέλου ἀπαγγείλας. ἴσως οὖν* [Σοφοκλῆς] *καινοτομεῖν βουλόμενος, καὶ μὴ κατακολουθεῖν τοῖς ἑτέροις, ὑπ' ὄψιν ἔθηκε τὸ δρώμενον· ἢ μᾶλλον ἐκπλῆξαι βουλόμενος. εἰκῇ γὰρ κατηγορεῖν ἀνδρὸς παλαιοῦ οὐχ ὅσιον.* In ista tamen fabula Chorus e scena egreditur. Apud nostrum etiam in Choephoris Ægisthus et Clytæmnestra in eo loco interficiuntur, ex quo eorum cadavera spectatoribus conspici possint. Sed hoc fieri potuit foribus ædium post cædem expansis. Schol. ad v. 904. *ἕπου πρὸς αὐτόν*] *πιθανῶς, ἵνα μὴ ἐν φανερῷ ἡ ἀναίρεσις γένηται.* Quod si vera sint ea quæ modo disputavi, vocem ἰδίως non satis accurate posuit Argumenti auctor. [Ceterum huc advocare possim quod tradit Hesychius; *Δημήτριος: τραγῳδιῶν ὑποκριτής. καὶ ἴσως ὑπεκρίθη τὸν Ἀγαμέμνονος θάνατον, πελέκει κατὰ πολλοὺς γενόμενον.* ubi vid. Heinsium.]

10. ἀπέδειξε Flor.

τερον διϊσχυριζόμενον περὶ τῆς ἀναιρέσεως, ἐνὶ κεφαλαίῳ[11]· τὴν μέν, τῇ ἀναιρέσει Ἰφιγενείας· τὸν δέ, ταῖς τοῦ πατρὸς Θυέστου[12] ἐξ Ἀτρέως συμφοραῖς.

Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ[13], ἔτει δευτέρῳ. πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι,

11. ἐνὶ κεφαλαίῳ edd. "Imo potius ἐν κεφαλαίῳ, *summatim*, *paucis*, pro *breviter*." Stanl. Xenoph. Cyrop. VI. 3. 8. τὸ πλῆθος εἶπε ἐν κεφαλαίῳ. Sed nihil mutandum. Recentiorum erat hæc locutio, ἐνὶ κεφαλαίῳ. Gregorius de Filio, citatus a Budæo Comm. L. G. p. 134. ἐνὶ δὲ κεφαλαίῳ, τὰ μὲν ὑψηλότερα πρόσαγε τῷ θεότητι, τὰ δὲ ταπεινότερα, τῷ συνθέτῳ. Olim conjeceram ἐπὶ κεφαλαίῳ.

12. Ὀρέστου Ald. Rob. Αἰγίστου Flor.

13. εἰκοστῇ ὀγδόῃ edd. "Correxerunt viri docti ὀγδοηκοστῇ, quod facile mutari potuit in ὀγδόῃ εἰκοστῇ." R. P. Meursius in Æschylo p. 2. "Restituo Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ, ἔτει δ΄. Primo librarius diremerat vocem, et scripserat ὀγδόῃ εἰκοστῇ. inde alius dictionem utramque istam trajecit, scripsitque εἰκοστῇ ὀγδόῃ. Hinc nobis mendum illud." Sed male fecit vir eruditus quod restituerit ἔτει δ΄, siquidem aliunde constat Philoclem fuisse Archonta eponymum Ol. LXXX. 2. Plutarch. Vit. X. Rhet. in Lysia, γενόμενος Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλέους Ἄρχοντος τοῦ μετὰ Φρασικλῆ, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. "Vereor," inquit Edv. Corsinus Fast. Att. T. III. p. 200. "ne Æschyli scholiastes nos fallat. Siquidem Æschylus, Plutarcho teste, anno 4. Olymp. LXXVII. repulsa offensus Athenis discessit, vitamque in Sicilia agens anno 1. sequentis Olympiadis ibi interierit." De hæc quæstione diximus nonnulla in Præfat. ad Persas p. xv. seq. quibus nunc pauca sunt adjicienda. Plutarchi verba in Cimone p. 483. F. hæc sunt: νικήσαντος τοῦ Σοφοκλέους λέγεται τὸν Αἰσχύλον περιπαθῆ γενόμενον, καὶ βαρέως ἐνέγκοντα, χρόνον οὐ πολὺν Ἀθήνησι διάγειν, εἶτ' οἴχεσθαι δι' ὀργὴν εἰς Σικελίαν, ὅπου καὶ τελευτήσας περὶ Γέλαν τέθαπται. Sed, ut verum fatear, parum valere arbitror Plutarchi auctoritatem contra didascaliarum testimonium, quo utitur argumenti auctor. Discimus etiam ex Æschyli Vita, hanc Plutarchi sententiam non omnibus receptam fuisse. Secundum Pausaniam I. 2. 3. Æschylus Hieronis aulam visebat; et vitæ auctor tradit eum fabulam Αἰτναίας docuisse, Ἱέρωνος τότε τὴν Αἴτναν κτίζοντος; i. e. Ol. LXXVI. 1. Jam vero Æschylum Athenis fuisse LXXVII. 3. ex ipso Plutarchi loco satis constat. Quare Siciliam eum plus simplici vice invisisse crediderim; imo forte

Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ[14]. ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς.

aliquamdiu apud Hieronem manebat, quo mortuo, Ol. LXXVIII. 2. Athenas rediit, ubi tetralogiam docuit Oresteam Ol. LXXX. 2. iterumque ad Siciliam reversus, tertio post anno diem obiit. Hæc certe sententia, quæ Boeckhio minus adridet, difficultatem tollit, qua poetæ chronologia implicatur. Athenæus IX. p. 402. C. ita loquitur; ὅτι δὲ Αἰσχύλος, διατρίψας ἐν Σικελίᾳ, πολλαῖς κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς, οὐδὲν θαυμαστόν. Quod si repulsam ægre ferens Siciliam profectus esset, vix postea Atheniensium Dionysiis suo nomine contendisset. Porro si tetralogia Orestea bis acta fuisset, quod putat Boeckhius, primum Ol. LXXVII. 4. iterum Ol. LXXX. 2. id certe indicassent didascaliarum scriptores; non enim dixissent ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, sed ἀνεδιδάχθη. Vid. Præfat. ad Pers. p. xxiv. Fingit autem Boeckhius, Æschylum, Sicilia commorantem, fabulas suas domum transmisisse, quæ per Euphorionem, filium ejus, scenæ committerentur. Tradit vero Suidas Euphorionem victoriam quater reportasse patris tragœdiis *non antea editis*: quare non contendebat Euphorio novis veterum fabularum διασκευαῖς, sed, ut opinor, patre mortuo, in lucem proferebat aliquot tragœdias, quas Æschylus, quia Sicilia degebat, edere non potuerat. Fatendum tamen est, poetam, etiam post profectionem Siculam, tetralogias suas choragis Atheniensibus, ære accepto, *vendere* potuisse. Mihi vero vix dubium videtur, poetam ex Sicilia Athenas commigrasse, ut Oresteam doceret, Ol. LXXX. 2. quo facto, ad Gelam se recepit, atque ibi fato concessit Ol. LXXXI. 1. de quo anno testantes habemus Scholiastam Comici ad Acharn. 10. et marmoris Oxoniensis chronographum.

14. πρῶτος σατυρικῷ Flor. Aristoph. Ran. 1155. πρῶτον δέ μοι τὸν ἐξ Ὀρεστείας λέγε. ubi Schol. τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστείαν αἱ Διδασκαλίαι, Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα Σατυρικόν. Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος τριλογίαν λέγουσι, χωρὶς τῶν Σατυρικῶν. Vid. Casaub. de Sat. Poet. I. 5.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΦΥΛΑΞ.

ΧΟΡΟΣ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ ΚΗΡΥΞ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ὀρέστης, *Ἠλέκτρα*, *Τροφὸς* adjicit Turnebus, e Choephoris scilicet, quæ huic fabulæ adhærebat. Ceterum recte observavit nescio quis in Aldina, *θεράπων Ἀγαμέμνονος ὁ προλογιζόμενος, οὐχὶ ὁ ὑπὸ Αἰγίσθου ταχθεὶς φύλαξ.* Respicit ad Odyss. Δ. 524.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΦΥΛΑΞ.

ΘΕΟΥΣ μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων,
φρουρᾶς ἐτείας μῆχος, ἣν κοιμώμενος
στέγαις Ἀτρειδῶν ἄγκαθεν, κυνὸς δίκην,
ἄστρων κάτοιδα νυκτέρων ὁμήγυριν,
καὶ τοὺς φέροντας χεῖμα καὶ θέρος βροτοῖς
λαμπροὺς δυναστάς, ἐμπρέποντας αἰθέρι.

[ἀστέρας ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν.]

v. 2. μῆκος δ' Ald. Rob. Med. Guelph. v. 1. in Schol. μῆκος Turn. μῆχαρ conjecit Stanleius; et hoc, vel Homericum μῆχος, reponendum monuit Valcken. ad Herod. p. 347. μῆχαρ Æschyleum est: vid. infra 194. Suppl. 390. 589. μηχος a vulgato propius abest.

3. ἔγκαθεν Ald. Guelph.

4. νεκτέρων Ald. Rob.

5. καὶ βροτοῖς θέρος Venet. Flor. T.

6. Sequitur in libris versus quem infra subjeci; quemque, ut ineptum, et Achilli Tatio ignotum, damnarunt Valckenaer. ad Eurip. Phœn. 506. Porson. App. Toup. p. 479. Namque Achilles Tatius Isag. in Arati Phœn. p. 81. citat vv. 4. 5. 6. sine versiculo isto, quem frustra, meo saltim judicio, tueri conantur Hermannus in Diss. de Vers. Spuriis ap. Æschylum p. v. Conzius, et H. Vossius in Annal. Heidelberg. (*Heidelbergische Jahrbücher der Litteratur*) N. 77. p. 1230. Ut nihil dicam de repetitione, ἄστρων ὁμήγυριν—ἄστερας κ. τ. λ. vix Græcum sonat, ne-

καὶ νῦν φυλάσσω λαμπάδος τὸ σύμβολον,
αὐγὴν πυρὸς, φέρουσαν ἐκ Τροίας φάτιν,
ἁλώσιμόν τε βάξιν· ὧδε γὰρ κρατεῖ
γυναικὸς ἀνδρόβουλον ἐλπίζον κέαρ.
† εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον ἔνδροσόν τ' ἔχω
εὐνὴν, ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπουμένην,
ἐμοὶ φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ,
τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὕπνῳ.
ὅταν δ' ἀείδειν ἢ μινύρεσθαι δοκῶ,
ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος,

dum Atticum, *ἀντολάς τε τῶν*. Irrepserit autem versus ex interpretis cujusdam diligentia, explicantis locutionem *λαμπροὺς δυναστάς*, in qua inesse putarit allusionem ad istam vim, quam in natali cujusque hora astra exercere putabantur; vel etiam ad naturalem eorum effectum, de quo haud semel loquitur medicorum pater: e. g. de Aer. et Aq. 7. *εἰδὼς—τῶν ἄστρων ἐπιτολάς τε καὶ δύσιας—προειδείη ἂν τὸ ἔτος, ὁκοῖόν τι μέλλει γίγνεσθαι.* et rursus c. 58. Dubium videri potest, num Solem ac Lunam innuat poeta, quod censet Schutzius, an potius Zodiaci signa.

9. *κρατεῖν* edd. *κρατεῖ*, lectionem Stephano memoratam, præbent Rob. Venet. Flor. T. Guelph. *Sic enim jubet mulier corde virili prædita, exspectans*, sc. Trojæ capturam.

10. Sic Robortellus et MSS. Venet. Flor. (P) T. *ἐλπίζων* Guelph. *ἐλπίζω* ceteri.

11. *εὖτ' ἄν γε* v. l. in Flor. Quum imperfecta esset in edd. hujus loci constructio, Bentleius, teste Butlero, conjecerat *κοίτην* pro *εὖτ' ἄν*. [Malim *ταύτην*.]

12. *ἐπισκοτουμένην* Casaub. Voss. P. sine necessitate. *ἐπισκοπεῖν* est *invisere*. Ad finem versus distinctionis nota deest in edd.

13. *ἐμὴν, φόβος γὰρ ἀνθ' ὑ.* edd. *ἐμοὶ φόβος γὰρ* Stanl. Schutz. ed. 2. uti correxerat Bentleius. *ἐμοὶ δ' ἄρ τότε* Bigot. *ἐμοὶ δ' ἄρ τοτ' γὰρ* (sic) Voss. In promtu erat reponere *τότε* pro *γὰρ*. Cf. vv. 15. 17.

14. *τῷ μὴ βεβ.* Scalig. Stanl. in curis 2dis.

15. *ὅτ' ἂν* Ald. Rob.

16. *ὕπνον* Ald. *ἐκτέμνων* Venet. Flor.

κλαίω τότ' οἴκου τοῦδε συμφορὰν στένων,
οὐχ, ὡς τὰ πρόσθ', ἄριστα διαπονουμένου.
νῦν δ' εὐτυχὴς γένοιτ' ἀπαλλαγὴ πόνων,
εὐαγγέλου φανέντος ὀρφναίου πυρός.—
ὦ χαῖρε λαμπτὴρ νυκτός, ἡμερήσιον
φάος πιφαύσκων, καὶ χορῶν κατάστασιν
πολλῶν ἐν Ἄργει, τῆσδε συμφορᾶς χάριν.
ἰού, ἰού.
Ἀγαμέμνονος γυναικὶ σημαίνω τορῶς
εὐνῆς ἐπαντείλασαν ὡς τάχος, δόμοις
ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα τῇδε λαμπάδι
ἐπορθιάζειν, εἴπερ Ἰλίου πόλις
ἑάλωκεν, ὡς ὁ φρυκτὸς ἀγγέλλων πρέπει·
αὐτός τ' ἔγωγε φροίμιον χορεύσομαι·
τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι,

17. *κλαίω* libri universi; quod stare passus sum; hodie enim puto *κλάω, κάω* et similia, ad Atticismum, ævo Æschyleo seriorem, pertinere.

22. *νῦν φῶς* Venet. Flor. T. *χωρῶν* Ald.

24. Exclamationem *ἰοῦ, ἰοῦ* ante v. 21. rejicit Hermannus. Nollem factum. Excubiator primum facem salutat, dein Clytæmnestram hac exclamatione expergefacere vult.

25. *Ἀγάμεμνος* Ald. *σημανῶ* Venet. T. Steph. recentiores: sed *σημαίνω* Ald. Rob. Turn. Med. Guelph. et sic legerat Scholiasta, qui *τορῶς* explicat per *μεγαλοφώνως*; neque erat profecto cur hoc in illud mutaretur.

26. *εὐνὴν* Ald. Guelph.

27. *ὀλογυμὸν εὐφρημοῦντα* Ald.

28. *ἐπορθριάζειν* Guelph. *ἐπ' ὀρθριάζειν* Ald. Rob.

29. Thom. M. p. 257. *ἑάλωκεν, οἱ Ἀττικοί, οὐχ ἥλωκε.* Utrumque apud probatos scriptores inveneris; illud tamen veteris Atticismi, hoc recentioris erat. *ἀγγέλων* Ald. Φ. Flor.

31. *πεσύντα* Rob.

τρὶς ἓξ βαλούσης τῆσδέ μοι φρυκτωρίας.
γένοιτο δ' οὖν μολόντος εὐφιλῆ χέρα
ἄνακτος οἴκων τῇδε βαστάσαι χερί.
τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
βέβηκεν· οἶκος δ' αὐτός, εἰ φθογγὴν λάβοι,
σαφέστατ' ἂν λέξειεν· ὡς ἑκὼν ἐγὼ
μαθοῦσιν αὐδῶ, κοὐ μαθοῦσι λήθομαι.

ΧΟΡΟΣ.

δέκατον μὲν ἔτος τόδ' ἐπεὶ Πριάμου
μέγας ἀντίδικος,

32. *τῆς δέ μοι φρυκτορίας* Ald. h. v. citant Photius et Suidas, v. *τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι*, sed hic corrupte *εὖ πεσὸν παθήσομαι*, et *βαλοῦσα*. Uterque *τῆς ἐμῆς φρυκτωρίας.*

35. *τὰ δ' ἄλλα σιγῶ.* Idem hemistichium occurrit, Eurip. Iph. T. 37.

36. *Rutil. Itin.* I. 31. R. P. [Sophocl. El. 548. *εἰ φωνὴν λάβοι.*]

37. *λέξει'· ὡς* Flor.

38. *καὶ οὐ μαθοῦσι* Ald.

39. *ἐπὶ* Ald. Turn. *Πριάμῳ* Ald. Rob. Turn. Schol. Barocc. in Eurip. Phœniss. 246. p. 173. ed. Valcken. *ἰστέον δέ, ὅτι τοιούτῳ χρῶνται οἱ ποιηταὶ σχηματισμῷ ἐν τοῖς χοροῖς, τὰ μὲν μονοστρόφως καὶ κατὰ συστήματα ἐκφέροντες, τὰ δὲ κατὰ σχέσιν, ὅτε διηγηματικὸν ποιοῦσι τὸν λόγον. τούτου τοῦ σχήματός ἐστι παρὰ Σοφοκλεῖ τό· Τελαμώνιε παῖ τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος—ἐν Αἴαντι.* (134.) *παρὰ δὲ Αἰσχύλῳ ἐν Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις* (78.) *τό· Θρέομαι φοβερὰ μεγάλ' ἄχη. ἐν δ' Ἀγαμέμνονι ὀνομαζομένῳ δράματι αὐτοῦ τό· Δέκατον μὲν ἔτος τόδ' ἐπεὶ Πριάμου Μέγας ἀντίδικος Μενέλαος ἄναξ.*

40. Pene inducor ut suspicer nonnihil post hunc versum intercidisse ad Jovem pertinens; confer vv. 59. 60. Ceterum locutio ista *δέκατον μὲν ἔτος τόδε* indicat novem annos fuisse absolutos, decimum tunc agi, quod pluribus ostendit Stanleius. Troja scilicet capta est decimo anno ineunte, non absoluto. Homer. Od. E. 105. *ὀϊζυρώτατον ἄλλων Τῶν ἀνδρῶν, οἳ Ϝάστυ πέρι Πριάμοιο μάχοντο Εἰνάετες, δεκάτῳ δὲ πόλιν πέρσαντες ἔβησαν Ϝοῖκαδ'.*

Μενέλαος ἄναξ, ἠδ' Ἀγαμέμνων,
διθρόνου Διόθεν καὶ δισκήπτρου
τιμῆς, ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδῶν,
στόλον Ἀργείων χιλιοναύτην
τῆσδ' ἀπὸ χώρας
ἦραν, στρατιῶτιν ἀρωγήν,
μέγαν ἐκ θυμοῦ κλάζοντες ἄρη,
τρόπον αἰγυπιῶν, οἵτ', ἐκπατίοις
ἄλγεσι παίδων, ὕπατοι λεχέων
στροφοδινοῦνται,
πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι,

41. ἄναξ—τιμῆς conjungit Musgravius.

43. Ἀτρειδᾶν Rob. T. recentiores. Dorismos ex anapæstis rejeci. Mox igitur edidi χιλιοναύτην et ἀρωγήν. Libri omnes exhibent διακναιομένης v. 64. ἀρωγῆς 72. κατακαρφομένης 79. ἐπαισθομένη 84. ἄλλη 90. τήν 101. Sed hæc quæstio levissima est.

44. Ἀρδείων Rob. χιλιοναύταν edd. Ἴλιον αὐτὰν v. l. in Flor. et Scholiis memoratur.

45. Post hunc versum ingens lacuna in Codice Veneto, foliis usque ad v. 1090. amissis.

46. στρατιώτην Ald. Rob.

47. κλάγξαντες Flor. T. v. l. apud Steph. Stare passus sum ἄρη, librorum lectionem, quam forte aliqui in ἄρην mutatam velint: vid. ad Pers. 88. Ἄρην postulat versus in Theb. 45. quod notavit Porsonus ad Phœniss. 134. sed quum Ἄρεα dixerit Sophocles Œd. T. 199. vix crediderim Æschylum a contracta forma Ἄρη abstinuisse.

48. Vide an legendum sit ἐκπάγλοις ἄλγεσι. Infra 848. ἔκπαγλον κακόν. Choeph. 546. ἔκπαγλον τέρας. Tradit Erotianus quosdam apud Hippocratem ἐκπάγλως pro ἐκπατίῃ scripsisse, etsi Erotiani locus Foesio valde suspectus est. De confusis T cum Γ, et I cum Λ vid. Bast. Comm. Palæogr. p. 710. 722.

49. ἄλγεπι Ald. ἄλγεσσι Turn. ποδῶν Ald. Turn. Dein ὕπαλτοι Ald.

51. ἐρεστόμενοι Ald.

δεμνιοτήρη
πόνον ὀρταλίχων ὀλέσαντες.
ὕπατος δ' ἀΐων ἤ τις Ἀπόλλων,
ἢ Πάν, ἢ Ζεὺς οἰωνόθροον
γόον ὀξυβόαν,

52. δεμνιοτῆρι Ald.

53. πόνον libri omnes et Hesychius. Δεμνιοτήρη πόνον. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι. καθότι οἱ νεοσσοὶ ἔτι τοιοῦτοί εἰσιν ὡς τὰ δέμνια τηρεῖν καὶ κατέχειν, μηδέπω πέτεσθαι δυνάμενοι. πόνον δέ, τὰ περὶ τὴν τροφὴν αὐτῶν. Et vulgata quidem lectio sensum satis commodum præbet. Ingeniosa tamen Musgravii conjectura est. "Lege ΓΟΝΟΝ. Sophocles (Lex. Soph. v. Ψάκαλα) — Ψακαλοῦχοι Μητέρες, αἶγές τ' ἐπιμαστίδιον Γόνον ὀρταλίχων ἀναφαίνοιεν." Hanc emendationem in animo habuit Porsonus, quum edebat πόνον † ὀρταλίχων. Aliquatenus confirmatur ex Heliodoro Æth. II. p. 100. ὥσπερ, οἶμαι, τὶς ὄρνις, ὄφεως αὐτῆς τὴν καλιὰν πορθοῦντος, ἐν ὀφθαλμοῖς τε ΤΗΝ ΓΟΝΗΝ θοινωμένου, προσελθεῖν μὲν ὀκνεῖ, φεύγειν δὲ οὐ φέρει, πόθος γὰρ ἐν αὐτῇ καὶ πάθος ἀνταγωνίζονται· τετριγυῖα δὲ περιποτᾶται τὴν πολιορκίαν, εἰς ὦτα ἀνήμερα, καὶ οἷς ἔλεον οὐκ ἐγνώρισεν ἡ φύσις, ἀνήνυτον ἱκετηρίαν τὸν μητρῷον εἰσάγουσα θρῆνον. quem locum, quia pulcherrimus est, et ex pulcherrima Homeri descriptione adumbrata (Iliad. B. 307.) ideo pleniorem exscripsi. Similem fere locum videas in Analect. Brunck. T. II. p. 23. Ceterum confusa sunt ἄγονος et ἄπονος in Æsch. Socrat. III. 17. p. 158. ed. Fischer. Callimachus apud Galen. Lex. Hippocr. (Fr. CC.) καὶ γόνος αἰζηῶν ἔγρασε κηδέμονα. Etymol. M. p. 33, 35. habet καὶ τόνος. Equidem suspicor legendum πόνος. De confusione inter Τ, Γ et Π vid. Bast. ad Gregor. p. 710. Unum adjiciam exemplum. Sophocl. Trach. 1029. θρώσκει δ' αὖ, θρώσκει = δειλαία διολοῦσ' ἡμᾶς = ἀποτίβατος ἀγρία = νόσος. ἰὼ Παλλὰς, = τόδε μ' αὖ λωβᾶται. Pro Παλλὰς vix dubium mihi videtur quin legendum sit τάλας.

54. δαΐων Ald.

56. Olim sic interpungebatur hic locus, οἰωνόθροον Γόον ὀξυβόαν Τῶνδε μετοίκων, ὑστερόποινον κ. τ. λ. Virgulam post μετοίκων recte delevit Schutzius ad Pauwii mentem. Aliter tamen Schol. Sophoclis in Œd. Col. 929. qui locum non intellexit. κέχρηται δὲ καὶ Αἰσχύλος ἐπὶ τῶν οἰωνῶν ἐν Ἀγαμέμνονι, λέγων οὕτως, Τῶνδε μετοίκων· μετοίκους γὰρ εἶπε τῶν ὑψηλῶν τόπων τοὺς οἰωνοὺς ἐκεῖ, ἀντὶ τοῦ ἐνοίκους.

τῶνδε μετοίκων ὑστερόποινον
πέμπει παραβᾶσιν Ἐρινύν.
οὕτω δ' Ἀτρέως παῖδας ὁ κρείσσων
ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πέμπει ξένιος
Ζεύς, πολυάνορος ἀμφὶ γυναικὸς
πολλὰ παλαίσματα καὶ γυιοβαρῆ,
γόνατος κονίαισιν ἐρειδομένου,
διακναιομένης τ' ἐν προτελείοις
κάμακος, θήσων Δαναοῖσιν,
Τρωσί θ' ὁμοίως. ἔστι δ' ὅπη νῦν
ἔστι· τελεῖται δ' εἰς τὸ πεπρωμένον·
οὔθ' ὑποκλαίων, οὔθ' ὑπολείβων,

58. παρὰ βασιν Ald. Dein Ἐριννὺν edd. recentiores; sed Ἐρινὺν Ald. Rob. De hac diversitate vid. Glossar. in Prometh. 53.

59. Ἀτρέος Turn.

62. γαιοβαρῆ Turn.

63. ἐρειπ(δ)ομένου Flor. κονίαις ἐνερειδομένου Arnaldus, sine necessitate. De quantitate penultimæ in κονία consuli potest optimus ille ac lautissimus Græcæ poeseos thesaurus a Maltbyio editus.

64. πρωτελείοις Flor.

66. ἔτι δ' ὅπη νῦν, ἐπὶ πτελεῖται δ' ἐστὸ πεπρωμένον Ald.

68. ὑποκλίων Ald. ὑποκλαίων Rob. ὑποκλείων Turnebus, probante Stanleio; i. e. *laudando*. Casaubonus vero ὑποκαίων, ut ad sacrificia referatur. ἐπικλείων, *invocando*. Schutz. Casauboni conjectura arridet, quia semper fere conjunguntur sacrificia et libationes, quas Homerus λοιβήν τε κνίσην τε vocat. Noster in Suppl. 978. Θύειν τε λείβειν θ', ὡς θεοῖς Ὀλυμπίοις, Σπονδάς. Aristoph. Nub. 425. Οὐδ' ἂν θύσαιμ', οὐδ' ἂν σπείσαιμ', οὐδ' ἐπιθείην λιβανωτόν. ibid. 579. Δαιμόνων ἡμῖν μόναις οὐ θύετ', οὐδὲ σπένδετε. Noster in Nioba ap. Schol. Venet. Iliad. I. 158. Eustath. p. 744. Schol. Aristoph. Ran. 1439. Schol. Eurip. Alcest. 56. Μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ· Οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων λάβοις. [ἄνοις optime Dobræus Aristophanic. p.(133).]

οὔτε δακρύων, ἀπύρων ἱερῶν
ὀργὰς ἀτενεῖς παραθέλξει.
ἡμεῖς δ' ἀτίτᾳ σαρκὶ παλαιᾷ
τῆς τότ' ἀρωγῆς ὑπολειφθέντες
μίμνομεν, ἰσχὺν
ἰσόπαιδα νέμοντες ἐπὶ σκήπτροις.
ὅ τε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων
ἐντὸς ἀναίσσων,
ἰσόπρεσβυς, Ἄρης δ' οὐκ ἔνι χώρᾳ,

Dosiadæ Ara v. 20. Θύοις τ' ἐπισπένδοις τέ μοι. Unde aliquatenus firmatur Schutzii conjectura, ἐπιλείβων.

69. δακεύων Ald. δοκεύων Turn. Sequentia adnotavit H. Stephanus. "Quidam (i. e. Turnebus) ex δακεύων fecerat δοκεύων, nescio ex conjecturane an ex libri veteris auctoritate. Certe undecunque sit, mihi magnopere placeret, si cum genitivo casu jungi posset: hic enim valde desideraverim verbum quod cum ἀπύρων ἱερῶν jungatur; quia illos genitivos omnino aliter accipio quam Scholiastes; ac, si necesse esset ipsius Æschyli testimonio sententiam meam comprobarem." Locus difficillimus. Quam falsa sit eorum sententia, qui ἀπύρων ἱερῶν de Furiis accipiunt, in Glossario ostendi. Schutzius versiculum unum post has voces intercidisse suspicatur.

71. ἀτίται Ald. Turn. Flor. T. Et sic Schutzius, qui interpretatur *illæsi*. Arnaldus etiam hoc probat, collato Eumen. 257. ὁ ματροφόνος ἀτίτας, sed in isto loco significat *inhonoratus*. Vid. Glossarium. Si quid mutandum, legerim ἄτιτοι.

72. ἀρογῆς Ald.

74. ἰσόπεδα Rob. Flor.

75. ὅτε Ald. Rob. Turn. Correxit Stanleius.

76. ἀνάσσων edd. vet. et codices MSti. ἀνᾴσσων emendavit Hermannus ad Aristoph. Nub. 974. Nuper vero dedit ἀναίσσων. De αἴσσω apud poetas Atticos semper disyllabo vid. ad Pers. 476.

77. χώρα Flor. οὐκ ἔνι γ' ὥρᾳ Hermannus l. c. quam conjecturam dudum, ut opinor, abjecit vir doctissimus. Vulgatum recte tuetur Schutzius in editione 2da, οὐκ ἐνιχώρᾳ Rob. Vid. Glossar.

τό θ' ὑπεργήρων, φυλλάδος ἤδη
κατακαρφομένης, τρίποδας μὲν ὁδοὺς
στείχει, παιδὸς δ' οὐδὲν ἀρείων
ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει.
σὺ δέ, Τυνδάρεω
θύγατερ, βασίλεια Κλυταιμνήστρα,
τί χρέος; τί νέον; τί δ' ἐπαισθομένη,
τίνος ἀγγελίας
πειθοῖ, περίπεμπτα θυοσκεῖς;

78. *τίθι περ γήρως* Ald. *τίθι περ γῆρος* Rob. *τόθη περ γήρως* Turn. *τόθ' ὑπεργήρων* Steph. T. *τό θ' ὑπεργήρων* Stanl. *τίθι περγήρως* Med. *τιθίπεργήρως* Guelph. *τόθϊπερ γήρως* Flor.

Ibid. *φυλάδος* Ald.

79. *τρίποδος* Flor. T.

80. *ἀρείστων* Ald. *ἄρειον* Bigot. Stanl. Butler. Schutzius *ἀρήϊον*. Sed vulgatum recte se habet. *ἀρείων* concordat cum nominativo *γέρων* ex locutione *τὸ ὑπεργήρων* repetendo. *σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον*. Sic Soph. Philoct. 497. *τὰ τῶν διακόνων—ποιούμενοι.* Homer. Od. M. 50. *Δησάντων σ'—'Ορθὸν ἐν ἱστοπέδῃ· ἐκ δ' αὐτοῦ πεῖρατ' ἀνήφθω.* Scilicet *ἐκ τοῦ ἱστοῦ*, quod ex *ἱστοπέδῃ* repetendum. Sic Theb. 172.—*τῷ γυναικείῳ γένει. Κρατοῦσα μὲν γάρ*, i. e. *γυνή*. [Vid. Porson. ad Hecub. 297.]

81. *ἡμερόφατον* Ald. Rob.

86. *πειθοῖ* edd. et MSS. sed *πυθοῖ* Flor. quæ, Pearsoni etiam et Casauboni conjectura memoratur, sed falso, ut opinor, pro *πευθοῖ*, quod reciperem, ni vulgata lectio sensum satis commodum præberet. Theb. 366. *Πευθῶ τιν' ἡμῖν, ὦ φίλαι, νέαν φέρει.* Male legitur *πειθὼ* pro *πευθὼ* apud Hesychium. *Πύστις. ἡ πειθώ.* Vid. notata ad Theb. 54.

Ibid. *θυοσκινεῖς* edd. omnes præter Turnebianam et Colonianam, ubi *θυοσκεῖς*, quod Bentleio probatum fuisse ait Butlerus. Et sic quidem Vossius, Auratus et Stanleius in curis posterioribus. Schol. in T. *εὔρηται καὶ θυοσκοεῖς, ὡς ἀπὸ τοῦ θυόσκοος, ὁ διὰ θυσιῶν τὸ μέλλον κοῶν, ἤτοι νοῶν. θύος γὰρ τὸ θῦμα.* Hesych. *Θυοσκεῖν. ἱεροῖς παρέχεσθαι, ἢ θεοῖς.* ubi forsan legendum, *ἱερὰ παρέχεσθαι τοῖς θεοῖς.*

πάντων δὲ θεῶν τῶν ἀστυνόμων
ὑπάτων, χθονίων,
τῶν τ' οὐρανίων τῶν τ' ἀγοραίων,
βωμοὶ δώροισι φλέγονται.
ἄλλη δ' ἄλλοθεν οὐρανομήκης
λαμπὰς ἀνίσχει,
φαρμασσομένη χρίματος ἁγνοῦ
μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις,

89. Hunc versum, utpote insititium, uncinulis incluserunt Porsonus et Schutzius, præeunte Pauwio; et prima quidem facie *οὐρανίων* idem esse videtur ac *ὑπάτων*. Sed vix fieri potest ut nullam ob caussam irrepserit; non enim est *ἀγοραίων* glossema *τῶν ἀστυνόμων*, quod putat Heathius. Theb. 257. Ἐγὼ δὲ χώρας τοῖς πολισσούχοις θεοῖς, Πεδιονόμοις τε κἀγορᾶς ἐπισκόποις. Duo enim genera deorum *ἀστυνόμων* erant; *χθόνιοι*, quales Pluto, Furiæ &c. *ὕπατοι*, qualis Jupiter &c. quorum alii cœlestes, alii foro præerant; v. g. Hermes, et Apollo. Haud longe absimilis est Deorum divisio ap. Liv. I. 32. *Audi Jupiter, et tu Juno, Quirine, Diique Deæque omnes cælestes, vosque terrestres, vosque inferni audite.* Infra 487. Talthybius compellat Jovem *ὕπατον χώρας*, et *θεοὺς ἀγωνίους*, et Ἑρμῆν qui *ἀγοραῖος* erat; Verte igitur *deorum urbem tenentium*, scilicet, *superorum, inferorum, cælestium et forensium.*

90. *δώροις* Ald. Rob. Flor. Locutio duriuscula est *βωμοὶ δώροισι φλέγονται*, pro *βωμοῖσιν δῶρα φλέγονται*, sed defenditur a Sophoclis Laocoont. fragm. I. Λάμπει δ' ἀγυιεὺς βωμὸς ἀτμίζων πυρὶ Σμύρνης σταλαγμούς, βαρβάρων εὐοσμίας. (Virgil. Æn. III. 279. *votisque incendimus aras.*) Rarius est *φλέγομαι* in voce media vel passiva. Aristoph. Lys. 1285. Δία τε πυρὶ φλεγόμενον. In notissimo Bacchylidis versu *παιδικοί θ' ὕμνοι φλέγονται*, mirum est neminem reposuisse *πλέκονται*. Pindar. Ol. VI. 147. *πλέκων ποίκιλον ὕμνον.*

93. 94. Quidnam sint unguenti *ἄδολοι παρηγόριαι* nemo explicare potuit. Pene suspicor v. 94. vel post v. 92. vel post v. 97. poni debere.

93. *χρήματος* Ald. De hac confusione vid. ad Callimach. H. Dian. 69. *χρίματος* Rob. Med.

πελάνῳ μυχόθεν βασιλείῳ.
τούτων λέξον θ' ὅ τι σοὶ δυνατόν,
καὶ θέμις αἰνεῖν,
παιών τε γενοῦ τῆσδε μερίμνης,
ἣ νῦν, τότε μὲν κακόφρων τελέθει,
τότε δ' ἐκ θυσιῶν ἀγανὰ σαίνουσ'
ἔλπις, ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον,

χρίσματος ceteri. Dubium videtur utra sit potior scriptura. Dicebant quidem χριστός, ut a χράομαι χρηστός. Sed substantivum erat χρῆμα; et sic a χρίω, cujus prima ubique producitur, χρῖμα, ut a κονίω, κόνιμα, a μηνίω, μήνιμα. Legitur χρῖμα apud Callimach. Lav. Pall. 16. 26.

95. μηχόθεν Rob. Scholiasta legerat πελάνων, monet enim supplendum esse κομιζομένων, ubi tamen Stanleius corrigit κομιζομένῳ.

96. λέξ' ὅτι καὶ Ald. τοῦτον λέξασ' ὅτι καὶ Rob. T. λέξ' ὅτι καὶ σοὶ Turn. λέξασ' ὅτι καὶ δυνατὸν Stephanus et recentiores. λέξασ' ὅ, τι Flor. Olim conjeceram λέξον θ'. Hermannus quidem ad Viger. n. 219. observavit particulam τε apud Æschylum idem valere quod alibi εἶτα, quod utinam exemplo magis idoneo confirmasset quam Choeph. 554. ὡς ἂν δόλῳ κτείναντες ἄνδρα τίμιον Δόλῳ τε καὶ ληφθῶσιν ἐν ταὐτῷ βρόχῳ, ubi constructio manifesto est hujusmodi, ὡς ληφθῶσιν δόλῳ τε καὶ ταὐτῷ βρόχῳ·

Non admodum placet παίων γίγνου conjectura Vossii in Annal. Litter. Heidelb. N. 77. p. 1219.

97. καὶ θέμις εἰπεῖν T. Steph.

99. ἣ νῦν εὖθ' ὅτε κακόφρων Ald. ἔσθ' ὅτε μὲν Guelph.

100. ἄγαν ἀφαίνεις Ald. ἀγανὰ φανεῖσ' R. ἀγανὰ φαίνεις Turn. Med. Guelph. ἀγανὰ φαίνουσ' Steph. et recentiores. ἀγανὰ † φαίνουσ' Porson.: φανθεῖσ' conjecit Pauwius, cui merito displicuit φαίνουσα sensu medio. Botheus ἀγάν' ἀμφαίνουσ'. Sed longe felicius hariolatus est Butlerus, cujus conjecturam, modeste prolatam, in textum recipere non dubitavi. Confirmari potest ex Choeph. 192. σαίνομαι δ' ὑπ' ἐλπίδος. Epigr. Incert. Anal. T. III. p. 157. ἀπρήκτοις ἐλπίσι φαινόμεθα. Porsonus Advers. p. 316. corrigit σαινόμεθα. Theocrit. VI. 11. τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει. Hemsterhusius reponi vult σαίνει. Vid. Glossar. in Theb. p. 133.

101. ἄπλειστον Ald. Rob. Guelph. Med. Vide igitur an

τὴν θυμοβόρον φρένα λύπην.
κύριός εἰμι θροεῖν ὅδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν στρ.
ἐντελέων—ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνείει
πειθῶ μολπᾶν,

scripserit poeta *φροντίδα πλείστην.* Sophocl. Antig. 1051. *πλείστη βλάβη.*

102. *τὴν θυμόφθορον λύπης φρένα* Ald. Rob. Med. Φ. Guelph. *τὴν θυμοβόρον φρένα λύπης* Turn. *τὴν θυμόβορον λύπης φρένα* Steph. Canter. Stanl. *τὴν θυμοβόρον φρενὶ λύπην* Pauw. Porson. Schutz. Butler. *τῆς θυμοβόρου φρενὶ λύπης* Hermann. ad Aristoph. Nub. 180. Idem vero ad finem versionis Teutonicæ ab Humboldtio V. C. editæ, mavult *τῆς θυμοβόρου φρένα λύπης.* Quod dedi probat Matthiæ G. G. §. 416. ut *φρένα* sit accusativus post *θυμοβόρον.* Vid. Glossar. ad v. 1058. Conjectura nonneminis memoratur in Annal. Litter. Heidelberg. p. 1219. *τῆς θυμοβόρου φρενολύπης,* quam probat H. Vossius. Equidem censeo adhuc latere veram lectionem.

103. *καίριος* Musgrav. Hunc versum profert Æschyli persona in Aristophanis Ranis 1276. ubi pro *ὅδιον* legitur *ὅσιον.* Schol. *ἐν τοῖς πλείστοις αἴσιον. 'Ασκληπιάδης τὸ ὅσιον.* quibus ex verbis Stanleius Asclepiadem legisse autumat *ὅδιον κράτος ὅσιον ἀνδρῶν.* Contra Pauwius vocem *ὅσιον* ad *ὅδιον* pertinere censet, legitque *ἐν τοῖς πλείστοις ὅδιον. 'Ασκληπιάδης δέ, ὅσιον.* probante Brunckio.

104. *ἐκτελέων* edd. vet. et Schol. Aristophanis l. c. *ἐντελέων* Casaubon. Voss. Stanl. Pearson. Heath. Schutz. Butler. Vid. Glossarium.

Ibid. *καταπνέει* Rob. Turn. Steph. *καταπνεύει* Flor. T.

105. *πειθὼ μολπὰν ἀλκὰν σύμφυτος αἰὼν* edd. vet. et MSS. Heathius legebat *ἀλκὰν σύμφυτον, ἀΐων,* Schutzius, *ἀλκὰν σύμφυτον ἄδων, cognatum robur canens.* fratres scilicet Atridas; et hoc quidem sensum satis commodum præbet. Idem vero in textu reposuit *ἀλκᾷ ξύμφυτος αἰέν,* et in ed. 2da, veterem retinet lectionem, vertitque; *adhuc enim fiducia divinitus immissa cantum inspirat, potentiam vero ætas congenita.* Paullo aliter Butlerus easdem voces explicat, *effectum vero ætas congenita dabit.* Scholiastæ interpretatio hæc est: *ὁ γὰρ σύμφυτός μοι αἰών, ὅ ἐστι τὸ γῆρας, διὰ τὴν εἰς θεοὺς πειθώ, μολπήν μοι καὶ ἀλκὴν καταπνεῖ. ὅ ἐστιν, εἰ καὶ γέρων εἰμί, ὅμως μέλψω τὰ γεγονότα, πέποιθα γὰρ ὅτι εἰς πέρας αὐτὰ ἄξουσιν οἱ θεοί.* sed is legisse videatur *πειθοῖ.* Accentibus mutatis locum paullo expeditiorem

ἀλκὰν ξύμφυτον, αἰὼν—
ὅπως Ἀχαι-
ῶν δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας
ξύμφρονα ταγόν,
πέμπει ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι
θούριος ὄρνις Τευκρίδ' ἐπ' αἶαν.
οἰωνῶν βασιλεὺς βασιλεῦσι νε-
ῶν, ὁ κελαινός, ὅ τ' ἔξοπιν ἀργᾶς,

reddidi. Conjectura nonneminis a Stanleio memoratur, μολπᾶς ἀλκάν. sed propius esset μολπᾶν ἀλκάν. Ceterum Jacobsius Animadv. p. 149. conjicit ἀλκὰν σύμφυτον αἰνεῖν.

107. 108. Extant apud Aristoph. Ran. 1284.

108. ἥβαν edd. vet. et Aristoph. l. c. ἥβας Casaub. Stanl. Pors. et sic MSS. Aristoph. " Schol. Aristoph. Ran. 1318. αὐτόν τε καὶ τὸν Μενέλαον. ἀκμὴν δὲ τὴν νεότητα. Videtur legisse ἀκμὴν pro ἥβαν. Ego mallem ἥβας, sed Aristophanes ἥβαν dixit." STANL. Sed in quibusdam Aristophanis MSS. legitur ἥβας, cum glossa, ἀκμῆς, ἴσχυος. Equidem suspicor veram lectionem esse ἀκμήν, cujus glossema ἥβαν in textum irrepsit. Hesych. Ἀκμή. νεότης. ἡλικία. Quod de Atridis intelligendum foret. Butlerus inquit, Ἑλλὰς ἥβη dici ut Ἑλλὰς φωνή; de qua loquendi consuetudine vid. ad Gregor. de dial. p. 108. ed. Schæf.

109. τὰν γᾶν Ald. Rob. Med. τὰν γὰν Guelph. ταγαν Turn. ταγὰν Flor. (τᾶγάν T.) Steph. et recentiores; quod stare nequit, quia ταγὴ primam corripit. Aristoph. Lys. 105. Ὁ δ' ἐμός γα κἂν ἐκ τᾶς ταγᾶς ἔλσῃ πόκα. Sed ibi mulier Lacæna loquitur. Noster Eum. 296. Θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ ἐπισκοπεῖ. Quare correxi ταγόν. Hac voce utitur Noster Prom. 96. Pers. 23. 486. Hinc formatum est ταγεύω, Theb. 58.

110. πέμπη Rob. πέμπῃ Steph. Dein ξὺν δορὶ δίκας πλάκτορι Ald. ξὺν δορὶ δίκας πράκτορι Rob. Turn. Steph. ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι Porson. et Schutz. ex Aristoph. Ran. 1288. δίκας ex glossa irrepsit.

112. βασιλεῖς Schutzius, ed. 2da. νέων Ald.

113. ἀργείας Ald. Guelph. ἀργίας ceteri. Butlerus, ut metro satisfaciat, synizesin esse vult in ἀργίας, de qua dubitandum. Interea reposui vocabulum Græcum

φανέντες ἴ-
κταρ μελάθρων, χερὸς ἐκ δορυπάλτου,
παμπρέπτοις ἐν ἕδραισιν,
βοσκόμενοι λαγίναν, ἐρικύμονα φέρματι, γένναν,
βλαβέντα λοισθίων δρόμων.
αἴλινον, αἴλινον εἰπέ, τὸ δ' εὖ νικάτω.
κεδνὸς δὲ στρατόμαντις ἰδὼν δύο λήμασι δισσοῖς ἀντ.
Ἀτρείδας, μαχίμους ἐδάη λαγοδαίτας, 121

ἀργᾶς, Dorice dictum pro ἀργῆς. Vid. Glossarium.

114. οἱ φανέντες Flor.

115. δορύπαλκτον Ald. δορυπάλκτου Guelph. δοριπάλτου Turnebus et recentiores. Sed δορυπάλτου Rob. Med. Flor. T. quod melius puto. Hujusmodi adjectiva, quæ ex dativo δορί vel δούρει composita esse videantur, retinebant, ut opinor, iota in compositione, ut δορίκτητος, δουριάλωτος, δορίληπτος, δουριπετής, δοριμανής, δοριθήρατος, δορίμαργος. Ea vero quæ ex quarto casu conflata sunt, retinent υ. ut δορυφόρος, δορυσσόος, δορυξόος, δορύκρανος (reponendum in Pers. 153). Dubitari potest rectumne sit δορυτίνακτος αἰθήρ Theb. 143. an potius δοριτίνακτος. Adversari videtur Hesychius v. Δορυφόνον. sed isti loco subest quædam corruptela. In hoc versu πυριπάλτου conj. Musgravius.

116. παμπρέποις Ald. Rob. Turn. Steph. παμπρέποισιν Flor. παμπρέπτοις Porson. Schutz. ex correctione Abreschii.

117. ἐρ' ἰκύματα φέρματι Ald. ἐρικύματα φέρματι Rob. Turn. quæ audacter ex mera conjectura mutavit Stephanus in ἐρικύμονα φέρβοντο. et sic Canter. Stanl. ἐρικύματα φέρματα (non φέρματι) Med. Φ. ἐρικύμονα φέρματι Pors. Schutz. quod demum accepi, ut sit pro βοσκόμενοι λαγωόν, ἐρικύμονα φέρματι, uti recte locum explicat Schutz. probante V. D. (*Quarterly Rev.* T. XXV. p. 512.)

119. αἴλινον semel tantum Flor. hic et vv. 136. 154. αἴλινον, αἴλινον, εἰπὲ τό δ' εὖ νικάτω Rob. τόδ' εὐνικάτω Ald.

120. δύω Ald. λήμμασι Flor. Mox δισσοῖς conjecit Canterus, quod in textum intuli. Ceteri δισσούς. Vim loci perdit Lobeckius ad Soph. Ajac. p. 239. legendo λήμασι πιστούς.

121. Ἀτρεΐδας cum diæresi scribendum esse monuit Monk. Vid.

πομπούς τ' ἀρχάς·
οὕτω δ' εἶπε τεράζων.
Χρόνῳ μὲν αἱ-
ρεῖ Πριάμου πόλιν ἅδε κέλευθος·
πάντα δὲ πύργων
κτήνη πρόσθε τὰ δημιοπληθῆ
Μοῖρα λαπάξει πρὸς τὸ βίαιον.

Elmsl. ad Eurip. Med. 8. 6. λογοδαίτας Ald. Rob. Turn. Med. Φ. quod in λαγοδαίτας mutavit Stephanus. (sic T.) Vulgo interpungitur post μαχίμους.

122. ἀρχάς, veterum librorum lectio, in ἀρχοὺς a Stephano mutata est, auctore Triclinio; nulla necessitate. ἀρχὰς habent Med. Φ. Guelph. ἀρχαὶ pro ἄρχοντες metonymia satis nota ponitur. Eurip. Phœniss. 987. Λέξει γὰρ ἀρχαῖς καὶ στρατηλάταις τάδε. Xen. Cyrop. VIII. 7, 6. ἐκάλεσε δὲ καὶ τοὺς φίλους καὶ τὰς Περσῶν ἀρχάς. Sic Noster Theb. 1027. τῷ γε Καδμείων τέλει pro τοῖς ἐν τέλει οὖσι, Schutzius conjicit πομποῖς δ' ἀρχοῖς Οὕτως εἶπε τεράζων. Butlerus πομπῆς τ' ἀρχούς. et sic Musgravius.

123. οὕτω δ' οὖν εἶπε Flor.

124. ἀγρεῖ libri universi. Sed αἱρεῖ rescribi jubet Elmsleius, collato Herodoti loco III. 155. ἤδη ὦν, ἢν μή (τι) τῶν σῶν δεήσῃ, αἱρέομεν Βαβυλῶνα. Sed locus magis appositus est Soph. Philoct. 114. Αἱρεῖ τὰ τόξα ταῦτα τὴν Τροίαν μόνα. Sic αἱρέει pro αἱρέσει positum in Herodot. V. 43. χρησόμενος τῷ χρηστηρίῳ, εἰ αἱρέει ἐπ' ἣν στέλλεται χώρην. VI. 88. μαθεῖν δὲ αὐτὸς οὕτω τὴν ἀτρεκηΐην, ὅτι οὐκ αἱρέει τὸ Ἄργος. Neque erat profecto cur forma vetus Ionica in hoc loco retineretur. Dixit quidem Archilochus ap. Athen. XI. p. 483. D. Ἀγρεῖ δ' οἶνον ἐρυθρὸν ἀπὸ τρυγός. Sic αὐτάγρετος pro αὐθαίρετος Simonides ap. Stob. p. 529. Vid. ad Callimach. Fragm. CXX. Sed frequens est αἱρεῖ apud Homerum. Noster dixit νεαίρετος potius quam νεάγρετος infra 1048.

127. πρόσθετα Pauw. Heath. Schutz. δημιοπλησθῆ Ald.

128. Vulgo μοῖρ' ἀλαπάξει, sed correxit Elmsleius. (quicum facit T.) Eustath. ad Iliad. A. p. 65, 28. παρὰ γοῦν τῷ Αἰσχύλῳ εὕρηται τὸ ῥῆμα (ἀλαπάζω) χωρὶς τοῦ α. Theb. 47. (ubi vid. Glossarium) 527.

οἷον μή τις ἄγα θεόθεν κνεφά-
σῃ προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας
στρατωθέν· οἴ-
κῳ γὰρ ἐπίφθονος Ἄρτεμις ἀγνά,
πτανοῖσιν κυσὶ πατρός,
αὐτότοκον πρὸ λόχου μογερὰν πτάκα θυομένοισι·

129. *οἶον*, leni spiritu, Ald. Turn. Pauw. Porson. i. e. *tantum*, quo sensum nusquam ponitur. *τοίη τις ἄτα* Vossii erat conjectura.

Ibid. *μήτις ἄτα* edd. *μήτις* † *ἄτα* Porson. *μήτις ἄσα* Burneius, ingeniose quidem, sed ad sensum minus accommodate: quippe *ἄση* nihil aliud significat quam *mentis tædium, ægritudinem*. Vid. Museum Crit. T. I. p. 3. Quare non dubitavi recipere vocem Æschyleam et huic loco convenientem, *ἄγα*, Hermanni correctionem. Hesych. Ἄγαις. ζηλώσεσιν. Αἰσχύλος Θρήσσαις. Etymol. M. p. 5, 28. Ἄγα. φθόνος καὶ βασκανία. Apud Herodotum VI. 61. ubi olim legebatur *φθόνῳ καὶ ἄτῃ χρεώμενος*, restitutum est *ἄγῃ* ex MS. Archiep. et Suida. Hanc autem lectionem apud nostrum confirmat adjectivum *ἐπίφθονος*.

130. *προτυπὲς* Ald. Turn. *προτυπεῖσα* conj. Schutz. Vid. Glossarium. Mox *Τρωϊκοῖς* conjicit Burneius, ut respondeat Strophico *ἀργίας*, quod nos in *ἀργᾶς* mutavimus. Si in hoc loco pes Creticus desideraretur, melius esset *Τρωΐας*, quæ vox occurrit in Choeph. 360. *μήθ' ὑπὸ Τρωΐας τείχεσι*, modo sanus sit iste locus.

131. *στρατευθὲν* Turn. Steph. recentiores. *στρατωθὲν* Ald. Rob. Med. Φ. Flor. et recte quidem: *στρατόω* enim vim habet activam, sicut *ἐκπολεμόω bellare facio*, *ἐρετμόω remigare facio*, de qua specie verborum videndi sunt Mœris p. 305. Lex. MS. apud Hermann. de Em. Gr. Gr. p. 339. Valcken. Anim. ad Ammon. p. 72. Gottleb. ad Thucyd. I. 57. Rarius est verbum *ῥιγόω, frigefacio*, Plato Theæt. 8. Ceterum in hoc loco *θρανευθὲν* conjecerat Musgravius.

Ibid. *οἴκτῳ* Bigot. Schutz. ed. 2. *οἶκοι* legisse videtur Humboldt. Sed nihil mutandum.

132. *δ' ἄρ'* Bigot. *δ'* pro *γὰρ* Voss. *ἔπι, φθόνος* Ald.

133. *πτανοῖσι* Ald. Rob. Turn. *πτανοῖς* Flor. Dein *κυσὶν* Rob.

134. *μογερὰν πτάων καθυομένοισιν* Ald. *πτᾶκα θ.* Rob. *πτῶκα θ.* Turn. Steph. *πτάκα* Porson. Schutz. Hesych. Vide Glossarium. *τόκου* pro *λόχου* Butlerus, calami lapsu, ut videtur.

στυγεῖ δὲ δεῖπνον ἀετῶν.
αἴλινον, αἴλινον εἰπέ, τὸ δ' εὖ νικάτω.
τόσον περ εὔφρων † ά καλὰ ἐπῳδός.
δρόσοις † ἀέπτοις μαλερῶν [λεόντων]

135. αἰετῶν edd. ante Porsonianam nescio an recte.

136. Ald. Rob. ut in v. 119.

137. τόσον Flor. τόσσων Ald. Rob. Guelph. Ceteri τόσσον. Unicum tragicorum locum, si hunc excipias, ubi τόσσον occurrit, correxi ad Pers. 871. ubi vide notata. Mox ἄφρων καλὰ Ald. Turn. εὔφρων καλὰ Rob. Med. Guelph. εὔφρων ἁ καλὰ Stephanus, ex conjectura, ut videtur; quem secuti sunt recentiores. Anapæstum postulat metrum, quod Glyconeum est, ut in vv. 691. ἐπ' αὐξιφύλλους δι' ἔριν. Propius a literarum ductu esset ἀπαλοῖς. sed magis verisimile est, ut opinor, quod pene in textum reposueram, ψακάλοις. Ælian. N. A. VII. 47. ἔνιοι δὲ ἔμβρυα καὶ ψακάλους καλοῦσιν, ὧν εἰσὶν οἱ Θετταλοί. Eustath. ad Iliad. I. p. 777, 61. καὶ ὅτι ψάκαλα τὰ ἔμβρυα, καὶ τὰ ἄρτι δὲ γεγονότα. ὅθεν καὶ ψακαλοῦχοι μητέρες παρὰ Σοφοκλεῖ. Idem ad Od. I. p. 1625, 47. ex Aristophane Grammatico; ὑστρίχων δὲ καὶ τῶν τοιούτων, ὄβρια καὶ ὀβρίκαλα· ὧν χρῆσις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἀγαμέμνονι. ἔμβρυα δέ τινα καὶ ἀρτιγενῆ δέ, ψάκαλα λέγει καλεῖσθαι, καὶ ὀρταλίχους. ὅθεν, φησί, παρὰ Σοφοκλεῖ—ψακαλοῦχοι Μητέρες, αἶγές τ' ἐπιμαστίδιον Γόνον ὀρταλίχων ἀναφαίνοιεν. Hesych. Ψαίκαλον. ἔμβρυον. βρέφος. Est autem ψάκαλον, secundum Eustathium, diminutivum a ψακάς, τος, (Attice pro ψεκάς, Moer. p. 419.) quare subjungit Æschylus δηλώσεως χάριν, vocem synonymam δρόσοις, de quo more vide (Glarean. in Ovid. Met. I. 336.) notata ad Theb. 485. Schol. in Eumen. 45. εἰώθασιν, ὅταν ἀσαφές τι εἴπωσιν οἱ ποιηταί, ἐπεκδιδάσκειν αὐτό.

69. Ἄπυρος. *Igne carens.* Hoc de Furiarum sacrificiis intelligunt Scholiasta, Stanleius, Schutzius, alii, quibus neque *ignis* neque vinum adhibebatur, ut aiunt. Sed unde, quæso, hoc didicerunt? Furiarum quidem σπονδαί, quæ ex aqua fiebant, ideo dicebantur νηφάλιοι, sed sacrificia facta esse sine ignibus, id vero falsissimum est. Philochorus ap. Schol. Soph. Œd. Col. 101. de hujusmodi sacris agens, describit οὐ μόνον θυσίας νηφαλίους, ἀλλὰ καὶ ξύλα τινά, ἐφ' ὧν ἔκαιον. In Eumen. 106. Clytæmnestra ait, Eumenidas compellans, Ἦ πολλὰ μὲν δὴ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε Χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα, Καὶ νυκτὶ σεμνὰ δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς Ἔθυον—. Quare hoc epitheton ad Furias haud pertinet. Forte vertendum est *templorum sacrificiis carentium,* quæ Paris neglexerat; nam sententia ad Parida respicere videtur, (atque ita intellexit Humboldtius.) Hesych. Ἀπύρου. ἀθύτου. Σοφοκλῆς Μυσοῖς. Pindar. Ol. VII. 88. τεῦξαν δ' ἀπύροις ἱεροῖς Ἄλσος ἐν ἀκροπόλει, de Heliadis qui obliti erant ignem ad sacra apportare.

70. Ἀτενής. *Intentus. Vehemens.* ἢ ὁ τῷ ἤθει εὐθὺς καὶ

ἀκλινής, ἢ ὁ σκληρός, καὶ ἀνύπεικτος πρὸς ὃ χρὴ ὑπεῖξαι. Timæus p. 52: ubi omnino videndus est Ruhnken.

Ibid. * Παραθέλγω. *Mulceo, et ex proposito deverto.* ea enim est vis præpositionis παρά. Eodem sensu Eurip. Med. 144. Παρθαλπομένα φρένα μύθοις.

71. *Ἄτιτος. *Inhonoratus.* Homer. Iliad. N. 414. οὐ μὰν αὖτ' ἄτιτος κεῖτ' Ἄσιος. ubi de quantitate agit Clarkius—legendum vero οὐ μὰν οὐδ' ἄτιτος. Noster vero ἀτίετος dixit, Eumen. 837. Vid. infra 1403.

72. Ἀρωγή. *Auxilium.* Vid. supra 46.

74. * Ἰσόπαις. *Puero æquus.* idem quod ἀντίπαις. Eumen. 38. Δείσασα γὰρ γραῦς οὐδέν· ἀντίπαις μὲν οὖν. et παιδὸς οὐδὲν ἀρείων infra 80. Nempe δὶς παῖδες οἱ γέροντες, ut aiunt Theopompus, et Aristoph. Nub. 1419. Plato Comicus ap. Schol. ibid. Ἄρ', ὡς ἔοικε, δὶς γένοιτ' ἂν παῖς γέρων. Æschin. Socrat. III. 9. τῷ νῷ δὶς παῖδες οἱ γέροντες γίγνονται. ubi plura Fischer. Simile compositum ἰσόπρεσβυς mox occurrit.

Ibid. Σκῆπτρον. *Baculum.* Callimachus Epigr. I. 7. vocat σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον. et Fragm. 484. σκηπάνιον, ὃ δὴ πέλε γήραος ὀκχή. Cratinus in Νόμοις ap. Lexic. Seguier. p. 371. ed. Bekker. Ἡ πρεσβῦται πάνυ γηραλέοι, σκήπτροισιν ἄκασκα προβῶντες. Eustath. ad Iliad. H. p. 668, 29. Cratini versum ex Ælio Dionysio citans, habet προβιβῶντα. sed verum puto προβῶντες. Hesych. Προβοῶντες—προβαίνοντες. Cf. Valckenaer. ad Eurip. Phœniss. 1538.

75. Μυέλος. *Medulla.* Metaphorice *Robur,* ut in Odyss. B. 290. Υ. 108. Οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσι, καὶ ἄλφιτα, μυελὸν ἀνδρῶν. Primam apud Homerum producit. Iliad. Υ. 482. μυελὸς αὖτε Σφονδυλίων ἔκπαλτο. X. 501. Corripit apud Soph. Trach. 783. Eurip. Hippol. 255.

76. Ἀναίσσω. *Sursum cum impetu feror.* Pers. 99. Homer. Il .O. 80. ὡς δ' ὅτ' ἀναΐξῃ νόος ἀνέρος.

77. * Ἰσόπρεσβυς. *Seni æquus.* Vid. ἰσόπαις. v. 74.

Ibid. Ἄρης. *Martius vigor.* Minus apte vertit Butlerus, *flos vero martius ex hac terra abiit,* quod admodum insulse interponeretur. Nempe Chorus, quam dixisset se ἰσχὺν ἰσόπαιδα νέμειν ἐπὶ σκήπτροις, sententiam explicare pergit hunc in modum—*Quippe infantium robur extremo senio æquipollet, nec inest martius vigor; contra, extremum senium, flore ætatis jam marcido, tribus pedibus incedit, nec infantibus quidquam præstat.* Locutio solemnis est Ἄρης ἔνεστιν, *inest vigor.* Suppl. 745. Γυνὴ μονωθεῖσ' οὐδέν· οὐκ ἔνεστ' Ἄρης. Sophocl. El. 1243. Ὅρα γε μέντοι, κἀν γυναιξὶν ὡς Ἄρης Ἔνεστιν. Eurip. Phœniss. 134. ab Abreschio citatus; Ἄρην δ' Αἰτωλὸν ἐν στέρνοις ἔχει.

Ibid. Οὐκ ἔνι χώρᾳ. *In suo loco non inest.* Anglice, *is not in it's proper place.* quod nemo interpretum perspexit, etsi a vero haud longe abfuit Abreschius. Callimach. H. Del. 192. Πλαζομένη πελάγεσσι· πόδες δέ οἱ οὐκ ἔνι χώρᾳ. ubi vid. Ernesti et Valckenaer. ad Theocr. Adoniaz. p. 365. A. Xenoph. Œcon. III. 3. ἢ ὅτι τοῖς μὲν ὅπου ἔτυχεν ἕκαστον καταβέβληται, τοῖς δὲ ἐν χώρᾳ ἕκαστα τεταγμένα κεῖται. Vid. Sturzii Lexic. Xenoph.

78. Ὑπεργήρως. *Admodum senex.* Idem valet quod ἐσχατογήρως. Lucian. Dial. Mort. I. p. 443. τοῦτον οὖν τὸν ὑπεργήρων ἔρεσθαι βούλομαι. ibid. p. 347. Dicitur autem τὸ ὑπεργήρων pro *extrema senectute,* ut τὸ νέον pro *juventute* Eurip. Androm. 183. τὸ νεάζον Soph. Trach. 144. τὸ ξυγγενές pro ἡ ξυγγένεια Prom. V. 39, 297. τὸ βάρβαρον pro οἱ βάρβαροι Eurip. Hecub. 1110. τὸ ἕτοιμον *promptitudo* Orest. 1104. et cetera id genus prope infinita.

Ibid. Φυλλάς. *Foliorum congeries.* metaphorice *viriditas, vigor.* Infra 939. ῥίζης γὰρ οὔσης, φυλλὰς ἵκετ' εἰς δόμους. Sophocl. Trach. 773. ἔνθα πατρῴῳ Διὶ Βωμοὺς ὁρίζει τεμενίαν τε φυλλάδα, i. e. τέμενος πολύφυλλον, uti recte explicat Scholiasta. Eurip. Suppl. 32. Δεσμὸν δ' ἄδεσμον τόνδ' ἔχουσα φυλλάδος. Herodot. VIII. 24. φυλλάδα τε ἐπιβαλών, καὶ γῆν ἐπαμησάμενος. De vocibus in ας desinentibus vid. ad Theb. 146.

79. **Κατακάρφομαι.** *Arefio. Marcesco.* Hesych. Κατακάρφει. ἀφανίζει, ξηραίνει. Idem, Κατακάρψεις. καταφλέξεις. quæ futuri forma nescio an alibi exstet. Simillimum illud Archilochi apud Hephæst. p. 35. Οὐκ ἔθ' ὅμως θάλλεις ἀπαλὸν χρόα· κάρφεται γὰρ ἤδη. Nicand. Ther. 328. αὐαλέη δὲ περὶ χροῒ καρφομένη θρὶξ Σκίδναται. Hesiod. Op. 7. ἀγήνορα κάρφει.

Ibid. **Τρίπους.** *Tripes.* Sphingis ænigma Æschylum in mente habuisse opinatur Stanleius, Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς, καὶ τέτραπον, οὗ μία φωνή, Καὶ τρίπον. Idem confert Eurip. Troad. 275. Ἐγὼ δὲ τῷ πρόσπολος, ἁ τριτοβάμονος Χερὶ δευομένα βάκτρου Γεραιῷ κάρᾳ; Forsan vero Æschylus respexerit ad Hesiod. Op. 531. τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἶσοι, Οὗτ' ἐπὶ νῶτα ϝέϝαγε, κάρη δ' εἰς οὖδας ὁρᾶται, Τῷ ϝίκελοι φοιτῶσιν. Poeta, qui Cornelii Galli nomen præ se fert, de sene; *Fitque tripes prorsus quadrupesque, ut parvulus infans; Et per sordentem flebile repit humum.* Nicand. Alexiph. 555. Οἱ δὲ περισφαλέοντες, ἅτε βρέφος, ἑρπύζουσι Τετράποδες· νοεραὶ γὰρ ἀπὸ φρένες ἀμβλύνονται.

81. **Ἡμερόφαντος.** *Qui interdiu apparet.* Contra νυκτίφοιτ' (vel νυκτίφαντ') ὀνείρατα Prometh. 679. Minus recte vertit Stanleius, *quasi somnium diurnum*, quod metaphoram enervat. Poetis autem mos est, quum tropum paullo audaciorem adhibent, epithetum statim adjungere, quod notionem ejus circumscribat ac definiat. Res exemplis patebit. In Prometh. 828. grypas vocat noster Ζηνὸς κύνας, metaphoram tamen quodammodo corrigit, adjiciendo ἀκραγεῖς, *canes quidem, sed canes non latrantes.* Theb. 64. exercitum vocat *fluctum*, sed adjicit χερσαῖον. ibid. 82. pulvis dicitur *nuntius*, sed ἄναυδος. Ibid. 856. Charontis cymbam dicit θεωρίδα, sed statim subjicit τὰν ἀστιβῆ 'Πόλλωνι, ad discrimen veræ θεωρίδος: vid. Glossar. ad loc. Choeph. 491. vestem qua Agamemnon irretitus erat, Orestes vocat πέδας, sed adjicit ἀχάλκευτοι, *pedicæ, sed non ex metallo factæ.* αἰδοῦς etiam ἀχάλκευτοι πέδαι ap. Euripidem. Noster in fragmento ap. Athen. XI. p. 491. A. Pleiadas vocat πελειάδας, sed ut a columbis distinguat, adjicit ἀπτέροι; uti recte observavit Athenæus. Sic Eurip. Hecub. 65. brachium σκίπωνα vocat, sed σκολιόν, quia veri scipiones

recti sunt, non curvi. Vid. ibi Musgrav. Orest. 1501. Orestem et Pyladem cum Bacchantibus comparat, sed epithetum addit ἄθυρσοι, *Bacchæ quidem, non tamen proprie Bacchæ.* ibid. 314. Eumenidum caterva θίασος vocatur; sed quum hæc vox propria sit Baccharum, cum ea conjungit adjectivum ἀβάκχευτος. Eodem modo noster senium vocat ὄναρ, non tamen verum ὄναρ, sed ὄναρ ἡμερόφαντον. Ceterum Eurip. Phœniss. 1538. Œdipodem vocat ἀφανὲς αἰθέρος εἴδωλον, Ἢ νέκυν ἔνερθεν, ἢ πτανὸν ὄνειρον. ubi Valckenaerius citat Euripidis Æolum ap. Stob. p. 477. Γέροντες οὐδέν ἐσμεν ἄλλο πλὴν ὄχλος, Καὶ σχῆμ᾽ ὀνείρων δ᾽ ἕρπομεν μιμήματα. Similiter mortales imbecilli dicuntur ὀνειράτων Ἀλίγκιοι μορφαῖσι. Prometh. 457. et ἰσόνειροι ibid. 564. ubi vid. Gloss. et Boeckh de Frag. Gr. p. 253.

Ibid. Ἀλαινω. *Deliro.* Eurip. Phœniss. 1532. Κλύεις, ὦ κατ᾽ αὐλὰν ἀλαίνων. Orest. 525. Μανίαις ἀλαίνων καὶ φόβοις. Alia forma utitur Callimachus H. Dian. 251. Τῷ ῥα καὶ ἠλαίνων ἀλαπαξέμεν ἠπείλησε Λύγδαμις ὑβριστής. Theocr. VII. 23. Οὐδ᾽ ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλλίδες ἠλαίνονται, quod Schol. explicat, ῥέμβονται, πλανώμεναι στρέφονται. (ubi tamen legendum cum Koehlero ἠλαίνοντι.) Vid. ad v. 357. v. ἠλίθιος.

84. Τί χρέος. *Quid rei est?* Eurip. Heracl. 96. Τί χρέος; Apoll. Rhod. III. 12. Τί χρέος; ἠὲ δόλον τινα μήσεαι—Idem valet τί χρῆμα; Prometh. 298. Eurip. Cycl. 99. Hippol. 919. Suppl. 103. Theocr. XXI. 25.

86. Περίπεμπτος. *Qui circumcirca mittitur.* Hic vero adjectivum sumendum est adverbialiter, ut in locutionibus ἔτεκες ἀνόνητα Eurip. Hippol. 1140. (ubi vid. Monk.) Ἄλεκτρα γηράσκουσαν ἀνυμέναιά τε Soph. Electr. 962. ἄνανδρος πολιὰ παρθενεύεται Eurip. Helen. 290. Νῦν, ῥόδα, φοινίσσεσθε τὰ πένθιμα, Moschi. III. 5.

Ibid. * Θυοσκέω. *Suffio.* Hesych. Θυοσκεῖν. ἱεροῖς παρέχεσθαι, ἢ θεοῖς. quæ glossa corrupta est. Compositum fuisse credo ex θύος et antiquo verbo κέω, *uro,* unde ἔκηα. Phavorinus ex Eustathio, Θυόσκοος. ὁ τὰ θύη κέων, ἀπὸ τοῦ κέω, διὰ τοῦ ε ψιλοῦ γραφομένου.

87. **Ἀστυνόμος.** *Qui urbem tuetur.* Idem ac πολισσοῦχος Theb. 257. Simile compositum πεδιονόμος ibid. 258. ubi Glossarium consulas de θεοῖς ἀγοραίοις. Ὕπατος supra 54. de Χθονίοις θεοῖς vid. Pers. 634. Ceterum per βωμοὺς intelligendæ sunt aræ in plateis positæ, siquidem ἔθος ἦν τοῖς ἐν ἀγυιαῖς ἱσταμένοις θεοῖς ἐπὶ ταῖς ἐρχομέναις ἀγγελίαις θύειν, uti ait Schol. Aristoph. Nub. 1317. Harpocrat. v. Ἀγυιᾶς. Εἶεν ἂν καὶ οἱ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενοι Ἀγυιεῖς, οἱ πρὸ τῶν οἰκιῶν βωμοί· ὥς φασι Κρατῖνος, καὶ Μένανδρος, καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Λαοκόωντι, μετάγων τὰ Ἀθηναίων ἔθη εἰς Τροίαν, φησί, Λάμπει δ' Ἀγυιεὺς βωμός, ἀτμίζων πυρὶ Σμύρνης σταλαγμούς, βαρβάρους εὐοσμίας. sic enim melius citant Schol. Aristoph. Vesp. 870. Suidas, et Lexicon Seguier. p. 332. Bekker. quam in Harpocratione legitur. Has aras respicit Talthybius v. 502. salutans δαίμονας ἀντηλίους, ubi vide.

91. **Οὐρανομήκης.** *Ad cœlum porrectus.* Hesych. Οὐρανομήκη. ὑψηλὸν λίαν. Homer. Odyss. E. 239. Κλήθρη τ', αἴγειρός τ' ἐλάτη τ' ἦν οὐρανομήκης. Aristoph. Nub. 356. Οὐρανομήκη ῥήξατε κἀμοὶ φωνήν, ὦ παμβασίλειαι. Epigr. Anthol. III. p. 421. Ἦ ῥ' ὀλίγον γε τὸ σῆμα, τὸ δὲ κλέος οὐρανόμηκες Τοῦ πολυφροντίστου τοῦδε Θάλητος ὁρᾷς. Herodot. II. 138. δένδρεα οὐρανομηκέα.

92. **Ἀνίσχω.** *Extollo me. Exorior.* Hesych. Ἀνίσχει. ἀνατέλλει. Herodot. III. 98. πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. Eurip. Phaeth. ap. Strab. I. p. 33. Ἥλιος ἀνίσχων. Lex. Seguier. p. 400. ed. Bekker. Ἀνέχειν. τὸ ἀνατέλλειν τὸν ἥλιον ἢ τὴν σελήνην.

93. **Φαρμασσόμενος.** *Medicatus. Infectus.* Homer. Odyss. I. 391. Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ χαλκεὺς πέλεκυν μέγαν, ἠὲ σκέπαρνον, Εἰν ὕδατι ψυχρῷ βάπτει μεγάλα ἰάχοντα, Φαρμάσσων, (*tempering*) τὸ γὰρ αὖτε σιδήροιο κράτος ἐστίν.

Ibid. **Χρῖμα.** *Unguentum.* Callim. L. Pall. 16. Οὐ γὰρ Ἀθαναία χρίματα μικτὰ φιλεῖ. et ibid. 26.

94. **Ἄδολος.** *Sincerus. Genuinus.* Ambiguus est locus apud

Euripidem Suppl. 1029. *ξυντηχθεὶς αὔραις ἀδόλοις.* ubi forsan *αὔραις* de flamma accipiendum. Rufinus in Anthol. VII. 137. *Ἀντὶ δέ μοι παίδων ἀδόλου χροός, ἤρεσε γύψου Χρίσματα.* Pindar. Ol. VI. 99. *ἀδόλοις σοφία. γάλα ἄδολον lac purum* ex 1. Petr. II. 1. citavit Stanleius. In hoc loco intellige sinceram ac veram consolationem.

Ibid. Παρηγορία. *Persuasio. Consolatio,* quæ ab his flammis bene auspicatis exoritur. Sed vide notas.

95. Πέλανος. *Grumus.* unguenti scilicet, *χρίματος massa;* uti recte interpretatur Pauwius, cui frustra obloquitur Butlerus, qui *πέλανον* nihil aliud significare existimat quam *placentæ genus. πέλανος quidvis concretum* denotat: vid. Glossar. in Pers. 821.

Ibid. Μυχόθεν. *Ex intimis ædium partibus.* i. e. ex Clytæmnestræ thalamis, sive gynæconitide. Cornel. Nep. in Præfat. *mater familiæ—in Græcia—neque sedet nisi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur.* Homer. Il. X. 440. *ἀλλ' ἥγ' ἱστὸν ὕφαινε, μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο.* Choeph. 32. *ἀωρόνυκτον ἀμβόαμα Μυχόθεν ἔλακε περὶ φόβῳ, Γυναικείοισιν ἐν δώμασιν βαρὺς πιτνών.* Odyss. H. 346. *Ἀλκίνοος δ' ἄρα λέκτο μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο, Πὰρ δὲ γυνὴ δέσποινα λέχος πόρσυνε καὶ εὐνήν.* Eurip. Med. 398. *Ἑκάτην, μυχοῖς ναίουσαν ἑστίας ἐμῆς.* Sophocl. Trach. 688. Deianira ait se *φάρμακον ἐν μυχοῖς σώζειν.* Antig. 1293. quum Eurydice in conspectum ex thalamis profertur, nuncius exclamat, *Ὁρᾷν πάρεστιν. οὐ γὰρ ἐν μυχοῖς ἔτι.* Hæc quidem per se levis observatio est; poetarum tamen interpretes elusit.

97. Αἰνέω. *Consentio.* Homer. Iliad. Θ. 8. *ἀλλ' ἅμα πάντες Αἰνεῖτ'. Assentimini.* Cf. Od. Π. 380. Apollonii Lex. Sophocl. Philoct. 889. *αἰνῶ τάδ', ὦ παῖ, καί μ' ἔπαιρ', ὥσπερ νοεῖς.* Eurip. Orest. 1674. *Πυλάδῃ δ' ἀδελφῆς λέκτρον, ᾧπερ ἤνεσας, Δός.* Nec multo aliter Alcest. 2. *Θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι.* ubi vide Monk. Choeph. 190. sic *καταινέω* Choeph. 704.

98. Παιών. *Medicus. ἰατρός* Hesych. Noster in Philocteta

ap. Stob. CXVII. p. 602. 493. *Ὦ θάνατε παιών, μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν. Μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν Ἰατρός· ἄλγος δ' οὐδὲν ἅπτεται νεκρῶν.* Incertus, vel, ut putat Valckenaerius, Sophocles, ap. Plutarch. Cons. Apoll. p. 184. *ὦ θάνατε παιὼν ἰατρὸς μόλοις, λιμὴν γὰρ ὄντως ἀΐδας ἀν' αἶαν.* ubi Ruhnkenius corrigit *ἀνιῶν*, Porsonus *ἀνιᾶν*. Mihi quidem diversa fragmenta in unum coaluisse videntur. Eurip. Hippol. 1370. *Καί μοι θάνατος παιὼν ἔλθοι.* ubi vide Monk. In his omnibus locis perperam editur *παιάν*. Alteram formam præstare docet adjectivum *παιώνιος*, de quo vid. ad Pers. 611. infra 821. Orphic. H. 50, 14. *κοῦραι—παιωνίδες, εἰαροτερπεῖς.* Soph. Philoct. 168. *Παιῶνα κακῶν.* 832. *ἴθι ἴθι μοι παιών.*

99. Κακόφρων. *Animum timore afficiens.* Sensu insolito. Plerumque valet *malignus.*

100. Σαίνω. *Blandior.* Verbum copiose illustravi ad Theb. 379. ed. 2.

101. Ἄπληστος. *Insatiabilis.* sc. anxietas. Vid. Prometh. 379.

102. Θυμοβόρος. *Animum edens.* Hesych. *Θυμοβόρον. χαλεπόν—τὴν ψυχὴν κατεσθίοντα.* Homer. Iliad. H. 210. *Θυμοβόρου ἔριδος.* Theognis 1323. *σκέδασον δὲ μερίμνας Θυμοβόρους.* Idem valet ac *θυμοδακής* et *δακέθυμος.* Paullo aliter Hesiod. Op. 66. *γυιοβόρους μελεδῶνας.* Horat. 2 Carm. XI. 18. *Curas edaces.*

103. Κύριός εἰμι. *Potis sum.* *δυνατός εἰμι εἰπεῖν τὸ συμβὰν αὐτοῖς σημεῖον ἐξιοῦσιν.* Schol. Xenoph. de Rep. Lac. IV. 6. *κύριος διαλύειν.* ibid. VIII. 4. *κύριοι ἐκπράττειν καὶ καταπαῦσαι.* Vid. Schleusner. Lex. N. F. in voce. Quod citat Butlerus, Sophocl. Ant. 405. *ἐγὼ δ' ἐλευθερὸς Δικαῖός εἰμι τῶνδ' ἀπαλλάχθαι πόνων*, ab hoc loco plane alienum est.

Ibid. Ὅδιον κράτος. *Robur, seu fiducia quæ ab omine in itinere viso ducebatur.* uti recte explicat Scholiasta. Huc respicit

Hesych. Ὄδιος οἰωνός. αἴσιος. Infra 152. Μόρσιμ' ἀπ' ὀρνίθων ὀδίων οἴκοις βασιλείοις. De συμβόλοις ἐνοδίοις vid. ad Prometh. 495.

Ibid. Αἴσιος. *Faustus*, Bonum eventum, αἶσαν, præmonstrans. Pindar. Nem. IX. 43. αἰσιᾶν οὐ κατ' ὀρνίχων ὁδόν, comparandum cum Æschyli παρόρνιθας πόρους Eumen. 769. Callim. L. P. 123. Γνωσεῖται δ' ὄρνιθας, ὃς αἴσιος, οἵ τε πέτονται Ἠλιθα, καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες. ubi vid. Spanhem.

104. Ἐντελής. *Qui magistratum gerit.* Timæus Lex. Platon. Ἐντελεῖς. οἱ ἄρχοντες, καὶ οἱ ἄρξαντες. sed hanc glossam pertinere arbitratur Ruhnkenius ad Herodot. III. 18. τοὺς ἐν τέλει ἑκάστους ἐόντας τῶν ἀστῶν. Hesych. Ἐντελέστατοι. ἐντιμότατοι. Suidas, Ἐντελεῖς. ἄρχοντας. quæ vox in Choeph. 248. Soph. Trachin. 762. Polyæn. VIII. 39. ab Abreschio citatis, significat *perfectum*; sed in istis locis rescribendum ἐκτελεῖς, et ap. Lucian. de Sacrif. I. p. 536. Locutio οἱ ἐν τέλει, *magistratus* seu *præfecti*, satis nota est. (vid. Valckenaer. ad Herodot. IX. 106.) Theb. 1027. Τοιαῦτ' ἔδοξε τῷ γε Καδμείων τέλει. Vid. Sophocl. Ant. 67. Aj. 1339. Philoct. 385. 925. Eurip. Suppl. 955. et ibi Musgr. Thucyd. II. 10. VI. 88. P. Leopard. Emend. I. 5. Duker. ad Thucyd. I. p. 40. Lennep. ad Phalar. p. 169.

Ibid. Θεόθεν. *Divinitus*. Dono deorum. Pindar. Pyth. XI. 76. θεόθεν ἐραίμαν καλῶν.

105. Πειθῶ μολπᾶν. *Suadelam canticorum*, quæ satis apte dicitur *robur senectæ proprium.*

106. Ἀλκὰ σύμφυτος. *Robur ætati congenitum.* Dicitur de cantu sicut ap. Pindar. Ol. I. 179. ἐμοὶ μὲν ὦν Μοῖσα καρτερώτατον βέλος ἀλκᾷ τρέφει. Similiter adhibet σύμφυτος Pindar. Isthm. III. 231. ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν σύμφυτον οὐ κατελέγχει. Lysias c. Theomnest. p. 222. ed Auger. τὰ δὲ τούτου καὶ τοῦ τούτου πατρὸς τῆς κακίας (μνημεῖα)—οὕτω σύμφυτος αὐτοῖς ἡ δειλία. ubi forsan legendum οὕτως ἔμφυτος.

108. * Δίθρονον κράτος. *Imperium binorum regum.* Vid. supra ad v. 42. Stanleius comparat δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι, Soph. Ajac. 252. Infra 602. Menelaus dicitur τῆσδε γῆς φίλον κράτος; ubique enim de Menelao loquitur Æschylus, quasi cum Agamemnone in imperio consociatus fuerit.

109. Ταγός. *Dux.* Vid. ad Prometh. 96. Ταγὸς μακάρων.

110. Πράκτωρ. *Effectrix,* vel potest significare *manum quæ pœnam exigit,* de quo sensu τοῦ πράσσειν dixi ad Pers. 482. Hesych. Πράκτορες, ἀπαιτηταί. Demosth. p. 778, 18. ed. Reisk. μὴ παραδοθῆναι τοῖς πράκτορσιν τὸ προσοφείλοντα κατὰ τὸν νόμον, cujus loci indicium Schleusnero debetur. Sic Eumen. 319. πράκτορες αἵματος. Soph. Electr. 953. φόνου ποτ' αὐτὸν πράκτορ' ἵξεσθαι πατρός. Sed in hoc loco simplice sensu accipere malim, ut in Soph. Trachin. 863. Κύπρις—τῶνδ' ἐφάνη πράκτωρ. De figura autem quæ masculinum πράκτορι cum feminino χερὶ copulat, vid. infra ad v. 647.

111. Θούριος. *Acer.* Vid. Theb. 42.

112. Οἰωνῶν βασιλεύς. Pindaro ἀρχὸς οἰωνῶν Pyth. I. 13. Horat. Carm. IV. iv. 2. *Cui rex deorum regnum in aves vagas Permisit.* In Aristoph. Av. 515. ubi in libris legitur, Ὁ δὲ δεινότατόν ἐστιν ἁπάντων, ὁ Ζεὺς γὰρ ὁ νῦν βασιλεύων Αἰετὸν ἕστηκ' ὄρνιν ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βασιλεὺς ὤν, corrigendum puto, Ὁ δὲ δεινότατόν γ' ἐστιν ἁπάντων, ὁ Ζεύς, ὅ γε νῦν βασιλεὺς ὤν, Ἕστηκεν ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἀετόν, ὄρνιν βασίλειον.

113. Κελαινός. *Niger.* "Inter sex aquilarum species ab Aristotele recensitas H. A. IX. 32. prima a colore πύγαργος dicta est; tertia a colore itidem μελαναίετος, et λαγωφόνος. De his accipiendus est Æschylus. Ὁ κελαινὸς idem est ac μελαναίετος· qui ex descriptione Aristotelis μέλας τὴν χροιάν, καὶ μέγεθος ἐλάχιστος, καὶ κράτιστος τούτων. Hinc Achilles apud Homerum huic aquilæ comparatur Il. Φ. 252. Αἰετοῦ οἴματ' ἔχων μέλανος τοῦ θηρητῆρος, Ὅς θ' ἅμα κάρτιστός τε καὶ ὤκιστος πετεηνῶν.—Agamemnon μελα-

ναιέτῃ, propter fortitudinem, Menelaus *πυγάργῳ* comparatur, quasi imbellis et uxorius." Stanleius. Confer Tzetz. ad Lycophr. 90. Rem ipse illustrat poeta infra 120. memorans *δύο λήμασι δισσοὺς Ἀτρείδας*. Ceterum hoc portentum pro re sua excogitavit Æschylus; aliud narraverant Homerus in Aulide visum, Iliad. B. 308. Auctor Cypriorum ap. Proclum p. 475. ed. Gaisford. Cf. Tzetz. ad Lycophr. 203.

Ibid. **Ἀργῆς.** *Albus.* Eumen. 45. Ἀργῆτι μαλλῷ. Homer. Il. Γ. 419. *ἑανῷ ἀργῆτι φαεινῷ.* Θ. 133. *ἀφῆκ' ἀργῆτα κεραυνόν*, quod alibi dixit *ἄργετα*. Nicand. Ther. 551. *ἀργῆτι σὺν οἴνῳ*. Soph. Trach. 676. *ἀργῆτ' οἰὸς εὐείρου πόκον* (sic lege cum Lobeckio). Œd. Col. 670. *τὸν ἀργῆτα Κολωνόν*. Vid. Harpocrat. v. Ἀργᾶς.

114. **Ἴκταρ.** *Prope.* Vocem illustrat Burneius (*Monthly Review*, LXXXI. p. 8.) Thomas Mag. Ἴκταρ. *ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. Αἰσχύλος. ἴκταρ μελάθρων. ὡς ἔχει τὸ τῆς παροιμίας, οὐδ' ἴκταρ βάλλει.* Erotianus. Ἴκταρ. *ἐγγύς, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς καὶ Αἰσχύλος ἐν Εὐμενίσι φησί· Χαίρετ' Ἀττικὸς λεώς, Ἴκταρ ἥμενοι Διός.* (v. 1000. ubi edd. *ἀστικός*) *μέμνηται ὁ αὐτὸς τῆς λέξεως καὶ ἐν Ἠδωνοῖς.* Proverbium *οὐδ' ἴκταρ βάλλει*, exstat apud Platonem Polit. IX. p. 575. C. Timæus, Ἴκταρ. *ἐγγύς. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ἐφικνεῖσθαι.* Verius ducit ab *ἵκω* Ruhnkenius. Plenius explicat Schol. Platon. p. 190. ubi ait *εἴρηται κατὰ τὴν γλῶτταν.* i. e. *peculiari et obsoleto idiomate* sive *obscuriori significatione*; vid. Gataker. ad M. Anton. p. 158, 40.

115. **Χερὸς ἐκ δορυπάλτου.** *E dextra manu*; quem verum esse horum verborum sensum primus monuit Schneiderus in Indice ad Xenoph. Hist. Gr. v. Δόρυ. quem tacite sequitur Schutzius in editione altera. Sic apud Teutonas *die Schwertseide, dexterum latus*, et propius nos Angli, *the Sword-arm*. Quod ad oram libri Scaligerani annotatum est, *ἐξ ἀριστερᾶς*, merum calami lapsum fuisse puto. Sic *εἰς δόρυ, dextrorsum*, Xenoph. Anab. IV. 3. 29. Hist. Gr. VI. 5. 18. Dionys. Hal. III. p. 190, 13. *ἐπ' ἀσπίδα* vero *sinistrorsum*. Vid. Hesych. in v.

Ibid. * **Δορύπαλτος.** *Hastam vibrans.* Forma passiva, sensu activo. Vid. infra v. *Πανάλωτος* 352. et confer Glossar. in Theb. 985.

116. * Πάμπρεπτος. *Late conspicuus.* Simile fere compositum est *εὐπρεπτος, conspicuus*, Suppl. 717. Intellige autem vel Agamemnonis palatium, vel tentorium.

117. * Λάγινος. *Leporinus.* A vetere forma λαγός, de qua conferat, qui vult, Athenæum IX. p. 400. Lex. Græc. ap. Hermann. de Em. Gr. Gr. p. 320. Cyrilli Lexic. apud Bernard. in Thom. Mag. v. Λαγώς. citantes ex Sophocle, Γέρανοι, κορῶναι, γλαῦκες, ἰκτῖνοι, λαγοί.

Ibid. * Ἐρικύμων. *Ad magnum numerum in utero concipiens.* a *κῦμα, fetus*, Choeph. 126. Eumen. 665. οὐκ ἔστι μήτηρ ἡ κεκλημένη τέκνου Τοκεύς, τροφὸς δὲ κύματος νεοσπόρου. Eustath. ad Iliad. Z. p. 656, 57. καὶ κῦμα, τὸ γέννημα, ὡς ἐκ τοῦ κύημα κατὰ κρᾶσιν. ὡς δηλοῖ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Κερκύονι τὸ—γέμουσαν κύματος θεοσπόρου. Idem fere vocabulum est ἀρικύμων, *quæ facile concipit.* explicatur ab Erotiano et Galeno Lex. Hippocrat. Occurrit in Hippocr. de Aer. et Aq. §. 24. Auctores de leporis fœcunditate a Stanleio laudantur Aristot. Probl. X. 7. H. A. IV. 5. Herodot. III. 8. Oppian. Cyn. III. 521. quibus adjicias Athen. IX. p. 400. Eratosth. Cataster. p. 12. ed. Fell. Horat. S. 2. IV. 44. *Fœcundæ leporis.*

Ibid. * Φέρμα. *Gestamen.* Leporis fetus φέρματα vocatur, ut apud Ovidium Met. XV. 163. *clypeus* dicitur *gestamina.*

118. Βλάπτομαι. *Impedior. Retardor.* Homer. Iliad. Z. 38. ἵππω γάρ οἱ ἀτυζομένω πεδίοιο Ὄζῳ ἔνι βλαφθέντε μυρικίνῳ. Iliad. Ψ. 586. οὕνεκα τὰς μὲν ὁρᾷ ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἰοῦσας, Οἱ δέ οἱ ἐβλάφθησαν, ἄνευ κέντροιο θέοντες. Cum genitivo construitur apud Theogn. 223. νόου βεβλαμμένος ἐσθλοῦ. (Soph. Aj. 954. ἀποβλαφθεῖσαν φίλου, ubi vid. Musgrav.) Sed propius accedit Odyss. A. 195. quem locum in animo habuisse nostrum facile crediderim. ἀλλά νυ τόν γε θεοὶ βλάπτουσι κελεύθου. *impediunt illum ne iter suscipiat.* Verte igitur, *impedita quo minus ultimum cursum perficerent.*

119. Αἴλινον. *Ælinon.* αἴλινος cantilena quædam lugubris. ὕμνος. θρῆνος. Hesych. *Ælinon* exclama ob mala Atridis impen-

dentia: cf. 156. Soph. Aj. 627. Αἴλινον, αἴλινον—ἥσει δύσμορος. Eurip. Orest. 1392. Αἴλινον, αἴλινον, ἀρχὰν θανάτου, Βάρβαροι λέγουσιν. Callim. H. Apoll. 20. Οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μητήρ, Ὁππότ' ἰὴ παιῆον, ἰὴ παιῆον ἀκούσῃ. ubi αἴλινα valet αἴλινον, αἴλινον. Moschus III. 1. Αἴλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι. Athenæus XIV. p. 619. C. Λίνος δὲ καὶ αἴλινος, οὐ μόνον ἐν πένθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' εὐτυχεῖ μολπῇ, κατὰ τὸν Εὐριπίδην. Hesiod. ap. Eustath. ad Iliad. Σ. p. 1163. Οὐρανίη δ' ἄρ' ἔτικτε Λίνον πολυήρατον υἱον, Ὃν δή, ὅσοι βροτοί εἰσιν ἀοιδοὶ καὶ κιθαρισταί, Πάντες μὲν θρηνοῦσιν ἐν εἰλαπίναις τε χοροῖς τε, Ἀρχόμενοι δὲ Λίνον καὶ λήγοντες καλέουσι. Conon Narrat. 19. καὶ οὕτως ἦν ἐκπρεπὴς ὁ ἐπὶ Λίνῳ θρῆνος, ὡς ἀπ' ἐκείνων καὶ τοῖς ἔπειτα ποιηταῖς παντὸς πάθους παρενθηκὴ Λίνος συνανετράφη. Cf. Herodot. II. 79. qui miratur unde ad Ægyptios pervenerit Λίνος cantilena. Homer. Iliad. Σ. 569. Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ Ἱμέροεν κιθάριζε. Λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε Λεπταλέῃ φωνῇ. ubi Lini historiam ex Philochoro tradit Schol. Venet. et de Lino locum intelligit Pausan. IX. 29. et recte quidem, me saltem judice; etsi aliter sentiunt viri eruditi C. G. Heyne et R. P. Knight, qui de hac quæstione minus consulte scripsit in Prolegomenis ad Homer. §. 47. not. non recordatus, ut opinor, fragmenti Hesiodei.

Ibid. Τὸ εὖ. *Id quod felix faustumque est.* Infra 350. Τὸ δ' εὖ κρατοίη. Eurip. Iph. A. 396. τὸ σὸν μὲν εὖ πέρα δίκης ἔσται, *tuum commodum.* Iph. T. 580. τὸ δ' εὖ μάλιστά γ' ὧδε γίγνεται. Idem Belleroph. fr. 16. τοῦ γὰρ εὖ τητώμενος Οὐκ οἶδεν, ἀεὶ δυστυχῶν. Idem ap. Suid. v. Παλαμᾶσθαι, et Cic. Ep. Att. VI. 1. VIII. 8. Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, καὶ τὸ δίκαιον Ξύμμαχον ἔσται, quæ in suos usus convertit Aristophanes Acharn. 661. Hæc contulit Stanleius.

120. Κεδνός. *Prudens.* Glossar. in Theb. 62.

Ibid. * Στρατόμαντις. *Exercitus Augur.*

Ibid. Λῆμα. *Indoles.* Glossar. in Theb. 444. Pers. 55.

121. Δάημι. *Scio.* ἐδάην a δαίω nescio quo pacto ducit In-

dicis Beckiani in Euripidem auctor: sic etiam Etymol. M. p. 244, 38. Participium δαείς occurrit Choeph. 602. Theocr. XVII. 81. infinitivum δαήμεναι passim apud Homerum. Verte autem *intellexit quid significarent aquilæ lepore vescentes.*

Ibid. * Λαγοδαίτης. *Qui lepore vescitur.* Substantivus est, sicut χρηματοδαίτης Theb.

122. Πομπός. *Qui mittit. Dux.* Vid. Soph. Œd. Col. 70. Herodot. I. 121. Glossar. in Pers. 632.

123. Τεράζω. *Portenta declaro.* Hesych. Τεράζει. τερατεύει. Sed τερατεύεσθαι (Aristoph. Ran. 834.) idem fere valet ac τερατολογεῖν, *incredibilia narrare.* Portentorum interpres dicitur τερασκόπος Choeph. 549.

125. Κέλευθος. *Expeditio.* Similiter fere ὁδός usurpatur. Prometh. 342. Πάπταινε δ' αὐτός, μή τι πημανθῇς ὁδῷ. Eurip. Electr. 1235. οὐ γὰρ θνητῶν γ' Ἧδε κέλευθος. Theocrit. VII. 31. ἁ δ' ὁδὸς ἅδε Θαλυσιάς.

127. Κτῆνος. *Possessio.* Hesych. Κτήνη. χρήματα. quo sensu nescio an alibi usurpetur. Plerumque significat *pecudes.* Homerid. Hymn. XXIX. 9. Βρίθει μέν σφιν ἄρουρα φερέσβιος, ἠδὲ κατ' ἀγροὺς Κτήνεσιν εὐθηνεῖ. Callim. H. Dian. 125. Κτήνη σφιν λοιμὸς καταβόσκεται.

Ibid. * Δημιοπληθής. *Opibus publicis abundans.* Sic γυναικοπληθὴς ὅμιλος Pers. 127. *cœtus feminis refertus.* τὰ δήμια sunt *pecunia publica.* Verte, *Fatum vero prius violenter diripiet ex turribus opes populares.*

128. Λαπάζω. *Inanio. Spolio.* Glossar. in Theb. 47. Similiter fere dixit ἑδωλίων ἐκλαπάξαι Theb. 452.

Ibid. Πρὸς τὸ βίαιον. *Violenter. Per vim.* Sic πρὸς τὰ καρτερόν, Prometh. 220. ubi vide.

129. Ἀγή. *Invidia.* Vid. notas. De invidia Deorum quædam notavi ad Pers. 368. in Glossario.

Ibid. * Κνεφάζω. *Obscuro.*

130. Προτυπείς. Vertunt Hermannus et alii, *irrumpens*, ex Homero Il. N. 136. Τρῶες δὲ προύτυψαν ἀολλέες, *proruperunt.* Od. Ω. 317. ἀνὰ ῥῖνας δέ οἱ ἤδη Δριμὺ μένος προύτυψε. Sed ibi in activa voce ponitur. Butlerus vertit *incitatum*; et rectius quidem; nisi potius reddendum sit *procusum*; sed vel sic durum est; et fortasse verum est, quod observavit Schutzius, oraculi ambiguitatem poetam exprimere voluisse.

Ibid. Στόμιον. *Lupatum.* Prometh. 294. Τὸν πτερυγωκῆ τόνδ' οἰωνὸν Γνώμῃ, στομίων ἄτερ, εὐθύνων. ibid. 1045. δακὼν δὲ στόμιον ὡς νεοζυγὴς Πῶλος. Soph. El. 1462. στόμια δέχηται τἀμά. Pollux II. 101. Στόμια μέντοι οἱ τῶν ἵππων χαλινοί. sed de *lupatis* intelligendum monuit Hemsterhusius ad X. 56. Herodot. I. 215. χαλινοὺς καὶ στόμια καὶ φάλαρα. De specu positum videtur in Choeph. 805. ὦ μέγα ναίων στόμιον. De puteo in Alexand. Ætol. ap. Parthen. 12. De poculorum labris posuit Æschylus in Περῤῥαιβοῖς ap. Athen. XI. p. 476. C. ἀργυρηλάτοις Κέρασι, χρυσᾶ στόμια προσβεβλημένοις, ubi olim male correxi Τοῖς κέρασι, penultimam enim in κεράτα produci monuit me Vir exquisitæ doctrinæ, cui egregium Græcæ poëseos Thesaurum debemus, Edvardus Maltby. Intellige autem *frænum servitutis*; sic Choeph. 959. μέγα τ' ἀφῃρέθην Ψάλιον οἴκων. Infra 512. τοιόνδε Τροίᾳ περιβαλὼν ζευκτήριον Ἄναξ Ἀτρείδης πρέσβυς. et confer Pers. 195.

133. Πτηνὸς κύων. *Alatus canis.* Aquila scilicet. Prometh. 1057. Διὸς Πτηνὸς κύων, δαφοινὸς ἀετός. Vid. Glossar. ad Prometh. 828. ubi *Aquilæ* incuria scripsi, quum deberem *Grypes.* vid. supra ad v. 81. In hoc loco signum cum re significata confunditur: πτανοῖσι κυσί de Atridis intelligendum esse colligitur ex præeunte οἴκῳ, quod observavit Butlerus; qui vim portenti esse monet in eo quod leporem *prægnantem* dilaniarunt aquilæ. Quod vero censet hoc referendum

esse ad Græcorum in pueros utero latentes post Trojam captam sævitiam; ingeniose quidem animadversum est, nescio tamen an vere.

134. **Αὐτότοκος.** *Una cum fetu.* Schol. σὺν αὐτῷ τόκῳ. Minus recte, ut opinor, etiamsi dictum est αὐτῷ τόκῳ et similia. Est enim αὐτὸς καὶ ὁ τόκος. Stanleius confert Eumen. 404. Ἔνειμαν αὐτόπρεμνον εἰς τὸ πᾶν ἐμοί. Hesych. Αὔτανδρον. σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι. (Pseudo Plutarch. Parall. p. 306.)

Ibid. * **Πτάξ.** *Animal timidum.* Hesych. Πτάξ. πτακίς, πτώξ, δειλός. Photius, Πτάκες. δειλοί. ὀπτικῶς. ubi Alberti legit ἐπτηχώς. Corrige ποιητικῶς. Pollux III. 136. καὶ ὁ πτακίς, σφόδρα κωμικόν. Est autem a πτήσσω, sicut ῥάξ a ῥήσσω et πλάξ a πλήσσω. Forma notior πτώξ, a πτώσσω derivata, occurrit Eumen. 326. Theocrit. I. 110. Euphorion. ap. Schol. Nicand. Alex. 147. Ælian. N. A. VII. 47. τῶν μὲν δὴ λαγῶν λαγιδεῖς· ὁ δὲ τέλειος, καὶ πτῶκα αὐτὸν φιλοῦσιν ὀνομάζειν οἱ ποιηταί. Simile fere vocabulum est πρόξ, *hinnulus.* Callim. H. Dian. 154.

138. **Δρόσος.** *Ros. Tenellus.* Etymol. M. p. 377, 37. Ἕρσαι, αἱ ἔαρι γεννηθεῖσαι. ἢ αἱ ἁπαλαί, καὶ τελείως νέαι, μεταφορικῶς. ὡς Ἀριστόνικος ἐν σημείοις. ἕρση γάρ ἐστιν ἡ δρόσος. καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι τοὺς σκύμνους τῶν λεόντων δρόσους κέκληκε, μεταφράζων τοῦτο. Schol. Δρόσοισιν. τοῖς νεογνοῖς. χωρὶς δ' αὖ τέρσαι. ubi reposuit Stanleius, χωρὶς δ' αὖθ' ἕρσαι, ex Odyss. I. 222. ubi Schol. αἱ νεογναὶ καὶ ἁπαλαὶ καὶ δροσώδεις. Vid. Hesych. v. Ἕρσαι. et Alberti. Hesych. Δρόσους. ἀχρείους, Κύπριοι. Ad eandem metaphoram retulerim ψακάλον, *recens natum,* a ψακὰς derivatum. Vide notas.

Ibid. * **Ἄλεπτος.** *Nondum ovo exclusus.* Vide notas.

Ibid. **Μαλερός.** *Vehemens.* Vide ad Pers. 62.

139. **Ἀγρονόμος.** *Agris habitans.* Hesych. Ἀγρονόμων. ἐν ἀγροῖς διαγόντων. Apollon. —ἅπαξ εἴρηται ἐν Ὀδυσσείᾳ· (Z. 106.) Ἀγρονόμοι παίζουσι, γέγηθε δ' ἄρα φρένα Λητώ. ἐπὶ τῶν Νυμφῶν.

τῆς μὲν οὖν παρεσχάτης ὀξυτονουμένης, ἀκούονται αἱ ἐν ἀγροῖς οἰονέμουσαι· τῆς δὲ δευτέρας, αἱ ἐν ἀγροῖς νεμόμεναι. Lege *αἱ ἐν ἀγροῖς οἷον νέμουσαι.* Soph. Œd. T. 1103. *πλάκες ἀγρονόμοι.* Antig. 786. *ἀγρονόμοις αὐλαῖς.*

Ibid. * Φιλόμαστος. *Mammam amans. Lactens.* Infra 698.

140. Ὀβρίκαλον. *Catulus.* Ælian. N. A. VII. 47. *τῶν ὑστρίχων καὶ τῶν τοιούτων ἀγρίων τὰ ἔκγονα ὄβρια* (*ὀβρίκαλα* Valcken.) *καλεῖται. καὶ μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Πελειάσι τοῦ ὀνόματος, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι καὶ Δικτυουλκοῖς.* Photius, *Ὄβρια καὶ ὀβρίκαλα. τὰ τῶν λεόντων καὶ λύκων σκύμνα. Αἰσχύλος Δικτυουλκοῖς.* Totus Æliani locus, qui lectu dignissimus est, ex Aristophane grammatico describitur. Obiter moneo, pro *παρδαλέων δὲ σκύμναι καὶ ἄρκηλοι* legendum esse, *παρδαλέων δὲ σκύμνοι καὶ παρδαλιδεῖς· ἄρκτων δὲ σκύμνοι καὶ ἀρκτιλοι.* sic enim locum citat Eustath. ad Odyss. I. p. 1625, 48. nisi quod *ἄρκιλοι* habet. Idem ad Odyss. A. p. 1395, 47. *ἐκεῖθεν καὶ ὀβρίκαλα παρὰ Αἰσχύλῳ, λεόντων σκύμνια.* Quod vero Ælianus de hystricum catulis narrat, Hesychium illustrat: *Ἰβρίκαλοι. χοῖροι.* quod fortasse corruptum est ex *Ὀβρίκαλα. ἀκανθόχοιροι.* Idem alibi, *Ἐχῖνοι—ἀκανθόχοιροι.* Vid. Jos. Scalig. Conj. in Varr. p. 18.

142. Ξύμβολον. *Omen.* Supra 7.

143. * Κατάμομφος. *In reprehensionem incurrens.* *κατάμεμπτος* dixit Sophocles Œd. Col. 1234. Recte explicat Schol. *Δεξιὰ διὰ τὴν νίκην, κατάμομφα διὰ τὸν χόλον Ἀρτέμιδος.* Omen erat mixti generis, quale obtulit sese Xenophonti ex Epheso cum Cyro egresso, Anab. VI. 1. 23. ubi aquilam vidit sedentem, *ὅνπερ ὁ μάντις προπέμπων αὐτὸν εἶπεν, ὅτι μέγας μὲν οἰωνὸς εἴη καὶ οὐκ ἰδιωτικός, καὶ ἔνδοξος, ἐπίπονος μέντοι.*

144. Ἰήϊος. *Ieïus.* Spiritu leni. Minus recte Stanleius *Jaculator.* etsi ex *ἱέναι* hanc vocem profluxisse credidit, ut videtur, Callimachus H. Apoll. 101. *ἐπηύτησε δὲ λαός, Ἰή, ἰή, Παιῆον, ἵει βέλος.* Apoll. Rhod. II. 714. *Θαρσύνεσκον ἔπεσσιν, Ἰήϊε κεκληγυῖαι.* ubi

Schol. ὅτε ἐτόξευσε τὸν δράκοντα, ἐπεφώνουν αἱ νύμφαι τοῦ βάλλειν αὐτόν, Ἴη, ἴη βέλος. ἐξ οὗ τὸ ἐφύμνιον ἐγένετο Ἰηπαιήων. Et sic fere Clearchus περὶ Παροιμιῶν apud Athen. XV. p. 701. C. Euripides vero derivasse videatur ex ἴη ἴη. Phœniss. 1050. ἰήϊον βοάν. Apollon. Lex. Homer. Ἤιος. ὁ Ἀπόλλων. ἀπὸ τῆς τοξείας. ἔνιοι δὲ ψιλῶς ἀπὸ τῆς ἰασέως. eadem fere Hesychius. In Homer. Iliad. O. 365. Υ. 152. alia est forma ἤϊος. H. Apoll. 272. Ἀλλὰ καὶ ὣς προάγοιεν Ἰηπαιήονι δῶρα. Soph. Œd. T. 155. Ἰήϊε, Δάλιε, Παιάν. Cf. ibid. 1094. Eurip. Electr. 1211. Ceterum tirones monendi sunt, hujusmodi exclamationum, ἰή, εὐοῖ, et similium, origines non ex Græco fonte repetendas esse, sed ex istius populi lingua, cui mythologiam suam Græcia acceptam retulit, id est, Ægyptiorum.

145. Ἐχενηΐς. *Naves detinens.* Sic dicebatur piscis quidam exiguus, quem naves retardare veteres fabulati sunt. Donat. in Terent. Andr. IV. iv. 18. "*Remorari* a *remora,* pisce minutissimo, qui naves retinet: nam Græce ἐχενηΐς vocatur." Cf. Oppian. Hal. I. 212. et Suidam in v.

147. * Ἄδαιτος. *Non epulandus.* Observavit Schutzius Æschylum caussam adtulisse satis futilem, quæ Dianam ad classem in Aulide retinendam impulerit, Iphigeniæque sacrificium exigendum. Quod nescio an vere animadversum sit; namque hoc portentum non tam *caussa* quam *signum* fuit sacrificii ab Atridis mox consummandi. Ipse vero Agamemnon jamdudum numen Dianæ læserat. Fabulam de Iphigeniæ mactatione, pro libitu immutarunt poetæ. Soph. Electr. 576. Callim. H. Dian. 262. et scriptor τῶν Κυπρίων, teste Proclo, ed. Gaisford. p. 475. Dianam eo iratam fuisse tradunt, quod Agamemnon, cervam configens, se deæ jaculando parem jactavit. Cf. Tzetz. ad Lycophr. 184. Ptolem. Hephæst. ap. Phot. Bibl. p. 483. ubi fabula aliquantum variatur. Euripides vero, qui ex recepta ætatis suæ mythologiæ recedere amabat, Iphigeniam ex voto quodam patris sui Dianæ debitam fuisse tradit. Sacrificium tangit Pindar. Pyth. XI. 35. non item caussam. Totam fabulam Homero ignotam fuisse patet ex Iliad. I. 145. quod observavit Schol. ad locum.

148. Σύμφυτος. *Cognatus.* Supra 106. Epitheta hic trans-

posita sunt: nam *σύμφυτον* et *οὐ δεισήνορα*, quæ ad *νεικέων* proprie pertinent, ad *τέκτονα* transferuntur, eadem prorsus hypallage, qua supra v. 48. 49. habuimus *ἐκπατίοις ἄλγεσι παίδων*. HEATH. Sic Theb. 340. *βλαχαὶ δ' αἱματόεσσαι τῶν ἐπιμαστιδίων*. Aristoph. Pac. 155. *χρυσοχάλινον πάταγον ψαλίων*. Soph. Antig. 793. *νεῖκος ἀνδρῶν ξύναιμον*. Sic fere apud Horatium *Tyrrhena regum progenies* pro *Tyrrhenorum regum progenies*.

Ibid. * Δεισήνωρ. *Maritum veritus.* Sic (sc. *οὐ δεισήνορα*) videtur vocare mactationem Iphigeniæ, quæ fuit ea, ut omni pudore et timore seposito, Clytæmnestra postea suum maritum interfecerit. Is. CASAUBON. De hujusmodi compositis ab *ἀνήρ* vid. ad Prometh. 749. Pers. 141.

149. Παλίνορσος. *Retrogressus.* *ὀπισθόρμητος*. Photius. Homer. Iliad. Γ. 33. *Ὡς δ' ὅτε τίς τε δράκοντα Ϝιδὼν παλίνορσος ἀπέστη*. Aristoph. Acharn. 1179. *Καὶ τὸ σφυρὸν παλίνορρον ἐξεκόκκισε*. sic recte Elmsleium pro *παλίνορος* edidisse ostendit simile compositum *ἄψορρος*, de quo vid. ad Prometh. 1057. Etymol. M. p. 648, 27. *Παλίνορσος. παρὰ τὸ ὄρω γίνεται ῥηματικὸν ὄνομα ὀρτός, καὶ παλίνορτος. ἐχρῆν διὰ τοῦ τ γράφεσθαι, οὐχὶ διὰ τοῦ σ.—σημαίνει δὲ τὸ ὀπισθόρμητος, ἐκ τοῦ πάλιν, τοῦ σημαίνοντος τὸ εἰς τοὐπίσω, καὶ τοῦ ὄρσω, Αἰολικοῦ μέλλοντος.* Veram esse hanc etymologiam monstrat vox *παλινορμένος*, Iliad. Λ. 326. quare probare nequeo Toupium in Suid. I. p. 33. et Porsonum Advers. p. 295. legentes in Philetæri versu, *Ἄπιθ' ἀμπαλίνορος*. Scribendum *ἀπαλίνορρος*. In hoc loco videtur significare *resiliens in caput Agamemnonis*, nisi legendum cum Schutzio *παλίνορσον*, *reducem Agamemnonem.*

150. Μνάμων μῆνις * τεκνόποινος. *Memor ira, pœnam ob filiam exigens.* (Cf. 218.) Ira scilicet Clytæmnestræ, memoris immolatæ filiæ. Virgil. Æn. I. 4. *memorem Junonis ob iram;* ubi plura Guellius. *μνήμονες Ἐρινύες*, Prometh. 524.

151. Ἀποκλάζω. *Vociferor.* De *κλάζω* vid. supra 47. Verte autem, *talia, una cum præclaris exercitui successibus, fatalia domibus Atridarum, ab alitibus in itinere visis, Calchas pronuntiavit.*

152. **Ὅδιος.** Vid. supra 103.

153. **Ὁμόφωνος.** *Consonus.* Nempe αἴλινον αἴλινον consonum erat τοῖς μορσίμοις, et τὸ εὖ νικάτω, τοῖς μεγάλοις ἀγάθοις.

155. **Ζεύς, ὅστις ποτ' ἐστίν.** Solennis invocandi formula, quæ omnes dei, qui invocatur, titulos in se comprehendat: quod notavit P. Victorius. V. L. XIII. 2. Plato Cratyl. p. 400. E. ὥσπερ ἐν ταῖς εὐχαῖς νόμος ἐστὶν ἡμῖν εὔχεσθαι οἵ τινές τε καὶ ὁπόθεν χαίρουσιν ὀνομαζόμενοι, ταῦτα καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς (τοὺς θεοὺς sc.) καλεῖν, ὡς ἄλλο μηδὲν εἰδότας. et in Phædro p. 273. C. φεῦ δεινός γ' ἔοικεν ἀποκεκρυμμένην τέχνην ἀνευρεῖν ὁ Τισίας, ἢ ἄλλος, ὅστις δήποτ' ὢν τυγχάνει καὶ ὁπόθεν χαίρει ὀνομαζόμενος. Eur. Melanippa fr. I. Ζεύς, ὅστις ἐστίν. οὐ γὰρ οἶδα, πλὴν λόγῳ Κλύων. ubi cur Porsonus (ad Orest. 412.) legeret Ζεύς, ὅστις ὁ Ζεύς, causam idoneam non video. Bacch. 220. Διόνυσον, ὅστις ἐστί, τιμώσας χοροῖς. Danaæ fr. I. τόν θ', ὃν καλοῦσιν αἰθέρ', ὅστις ἐστὶ δή. Sic enim legendum. Troad. 884. a Victorio laudatus, Ὅστις ποτ' εἶ σύ, δυστόπαστος εἰδέναι Ζεύς. Cf. Stanleium et Spanhem. ad Callim. Dian. 7. Illud tantum adjiciam, πότε post ὅστις solenniter inseri. Eurip. Hippol. 851. Ὅστις ποθ' οὗτός ἐσθ', ὁ τῆς Ἀμάζονος. Iph. T. 340. Θαυμάστ' ἔλεξας τὸν φανένθ', ὅστις ποτε Ἕλληνος ἐκ γῆς πόντον ἦλθεν ἄξενον. ibid. 350. Δύσνουν με λήψεθ', οἵτινές ποθ' ἥκετε. ibid. 483. ἥτις εἶ ποτ', ὦ γύναι. Cf. Helen. 186. 1164. Ion. 238. 324. 564. Aristoph. Plut. 53. ἣν δ' ἡμῖν φράσῃ Ὅστις ποτ' ἐστὶν οὑτοσί. Menand. p. 34, 12. Ὁ δ' ἠδικηκὼς ὅστις ἔσθ' οὗτός ποτε. Liv. I. 2. *Æneas—situs est, quemcumque eum dici jus fasque est, super Numicum flumen.*

158. **Προσεικάζω.** *Comparo.* infra 1100. κακῷ δέ τῳ προσεικάζω τάδε. Choeph. 10. ποίᾳ ξυμφορᾷ προσεικάσαι; Cf. Theb. 427. Hinc *comparando assequor.* Totum autem locum, qui interpretes mirifice torsit, sic verterim; *Non enim alium titulum comparando assequi possum, omnibus perpensis, præterquam hunc* Jovis, *si revera inutile conjecturæ onus excutere licet, et in hoc nomine acquiescere.* τὸ μάτην ἄχθος dicitur fere ut μάτην κόμπος ap. Herodot. VII. 103. Sed omnino legerim ματᾶν.

159. * Ἐπισταθμάομαι. *Ad amussim expendo.* Α στάθμη, *amussis.* ἐργαλεῖον τεκτονικόν, ἡ καὶ κατευθυντηρία λεγομένη. τούτῳ δὲ κανονίζεται τὸ ξύλον. ἔστι δὲ καὶ σχοινίον λεπτόν, ἐρυθρῷ ἢ μέλανι χρώματι κεχρισμένον. Schol. Homer. ad Iliad. O. 410. Ἀλλ' ὥστε στάθμη δόρυ νήϊον ἐξιθύνει Τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος. Hinc σταθμάομαι interdum valet *conjectura metior.* Soph. Œd. T. 1110. Εἰ χρή τι κἀμὲ μὴ ξυναλλάξαντα τῷ Πρέσβει, σταθμᾶσθαι, τὸν βοτῆρ' ὁρᾶν δοκῶ. Sic enim legendum puto. Edd. vulg. ξυναλλάξαντά πω, Πρέσβυ, σταθμᾶσθαι. Elmsleius ex MSS. Πρέσβυν σταθμᾶσθαι. Aldus πρέσβεις. Eurip. fr. inc. Barnes. 19. τῇ ρετῇ σταθμώμενος Τὰ πάντα. Herodot. II. 2. τοιούτῳ σταθμησάμενοι πρήγματι.

163. * Πάμμαχος. *Cum nemine non pugnaturus.* Sic enim interpretari malim quam cum amico doctissimo et plurimum reverendo, Edv. Maltby, *qui omni pugnæ genere certat.* Æschylus autem ad Cœlum et Saturnum alludit, quod confirmat Schutzius ex Prometh. 992. οὐκ ἐκ τῶνδ' ἐγὼ Δισσοὺς τυράννους ἐκπεσόντας ᾐσθόμην; Τρίτον δὲ τὸν νῦν κοιρανοῦντ' ἐπόψομαι Αἴσχιστα καὶ τάχιστα.

Ibid. Βρύω. *Scaturio. Effloresco.* Hesych. Βρύει. ῥέει. πηγάζει. ἀναβλύζει. πηδᾷ. ἀνθεῖ. ἀνίησιν. αὔξεται. ubi Alberti conjicit, non sine quadam veritatis specie, formam esse Æolicam τοῦ ῥύω *fluo*, ut βρόδος pro ῥόδος. Choeph. 63. χρονίζοντ' ἄχη βρύει. ibid. 67. νόσου βρύειν. Soph. Œd. Col. 16. βρύων Δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου. Electr. 422. Βλαστεῖν βρύοντα θαλλόν. Eurip. Licymn. fr. Παγαῖς δακρύων ἄχεων τε βρύει. ap. Suid. v. Εὐριπίδειον. Ἄλλων ἰατρός, αὐτὸς ἕλκεσιν βρύων. Lege ἰατρὸς ἄλλων. Aristoph. Nub. 46. Βρύων μελίτταις, καὶ προβάτοις, καὶ στεμφύλοις. ubi vid. Spanhem. Hinc ἐπιβρύω Theocr. XXII. 43.

165. * Τριακτήρ. *Victor.* Metaphora ex palæstra desumta. Photius et Suidas, Τριαχθῆναι λέγουσιν οἱ παλαιστρικοί, ἀντὶ τοῦ τρὶς πεσεῖν, ἢ τρὶς τροχάσαντα νικηθῆναι, στάδιον, δίαυλον, δόλιχον. οὕτως Θουγενίδης ἐν Δικασταῖς. Eadem habet, sed mutilata, Antiatticista Sangerm. p. 114. et Etymol. M. " Τριάξαι et ἀποτριάξαι dicebatur, qui ter dejecerat adversarium—ideo τριάξαι est vincere.

Unde ἀτρίακτος ἄτα Æschylo Choeph. 336. quæ expugnari non potest." Verba sunt Salmasii ad Solinum p. 206. Rem pluribus illustrabo ad Eumen. 568. Ἐν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων.

167. Ἐπινίκιον. *Epinicium.* (Sueton. Ner. 43.) *Canticum quod ob partam victoriam canitur.* Proclus, ὁ δὲ ἐπινίκιος, ὑπ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς νίκης τοῖς πρωτεύουσιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐγράφετο. cohæret igitur in hoc loco cum metaphora quæ in τριακτῆρος adhibetur. Pindar. Nem. IV. 127. ἐπινικίοισιν ἀοιδαῖς, Epinicios sive Epinicia scripsit ipse Pindarus: item Euripides et Simonides Ceius: Athen. I. p. 3. Callimachi memoratur ἐπινίκιον εἰς Σωσίβιον. Alio sensu, ut videtur, Sophocles Electr. 692. Τούτων ἐνεγκὼν πάντα τἀπινίκια, Ὤλβιζετ'.

Ibid. Κλάζω. *Vociferor.* Supra 47. Infra 194. Toto cœlo aberrat Schutzius, qui interpretatur *Jovem carminibus celebrare ab eoque victoriam precibus expetere.* Sensus hic est, *nec Cœlus, nec Saturnus quidquam sunt;* Jovem vero *si quis victorem esse ait, is omnino recte judicat.*

168. Τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν. *Sapientiæ omnino compos fiet.* ὁλοσχερῶς φρόνιμος ἔσται. Schol. Pessime Stanleius, *Compos fiet usquequaque sui propositi:* Eurip. Alcest. 328. Δράσει τάδ', ἤνπερ μὴ φρενῶν ἁμαρτάνῃ, *si non insanit.* τὸ πᾶν idem valet atque εἰς τὸ πᾶν. Et sic forsan capiendum in Pers. 588. δυρόμενοι γέροντες τὸ πᾶν δὴ κλύουσιν ἄλγος.

169. Ὁδόω. *In viam dirigo.* Prometh. 505. δυστέκμαρτον εἰς τέχνην Ὥδωσα θνητούς. Eurip. Ion. 1050. ὅδωσον Δυσθανάτων κρατήρων Πληρώματα. Herodot. IV. 139. τὰ ἀπ' ὑμέων ἡμῖν χρηστῶς ὁδοῦται. *via ostenditur.* Notabilis est constructio ὁδώσαντα βροτοὺς φρονεῖν. Subaudiendum ὥστε. Vid. Hermann. ad Viger. n. 20.

170. Μάθος. *Doctrina. Disciplina.* Photius. Μάθος λέγουσι τὴν ζήτησιν. οὕτως Ἀριστοφάνης. Scholiasta laudat Hesiod. Op. 216. παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. Proverbium erat παθήματα μαθή-

ματα, teste Casaubono ad Persium p. 26. Sed nescio ubinam adhibeatur præterquam in Herod. I. 207. *τὰ δέ μοι παθήματα τὰ ἐόντα ἀχάριτα, μαθήματα γεγόνεε.* Plato Symp. p. 272. ed Bip. *καὶ μή, κατὰ τὴν παροιμίαν, παθόντα γνῶναι.* Vid. Matthiæ Miscell. Philol. II. p. 4. Ad hoc proverbium alludere videtur Sophocl. Œd. Col. 143. *Μήτ' ἐκμάθοις παθοῦσα, νῦν τ' ἄπειρος εἶ.* Vid. infra 241.

172. Στάζω. *Stillo.* Herodot. IX. 3. *ἀλλά οἱ δεινός τις ἐνέστακτο ἵμερος τὰς Ἀθήνας δεύτερα ἑλέειν.*

173. * Μνησιπήμων πόνος. *Angor ex recordatione malorum.*

Ibid. Παρά. *Ad.* Cum quarto casu. Homer. Iliad. A. 347. *τὼ δ' αὖτις ἴτην παρὰ νῆας Ἀχαιῶν.* Herodot. III. 15. *ἦγον παρὰ Καμβύσεα.* Thucyd. I. 115. *παρ' Ἀθηναίους ἐλθόντες.* ibid. 137. *παρὰ σὲ ἥκω.* Notandus autem infinitivus *σωφρονεῖν* sine articulo. Infra 241. *Δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσι μαθεῖν ἐπιῤῥέπει.* Anacr. II. *φύσις—ἔδωκε τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι.* Noster Pers. 726. *Πῶς δὲ καὶ στρατὸς τοσόσδε πεζὸς ἤνυσεν περᾶν;* ibid. 834. *σωφρονεῖν κεχρημένον.* Soph. Antig. 1051. *μὴ φρονεῖν πλείστη βλάβη.* Aristoph. Nub. 482. *ἔνεστι δῆτά σοι λέγειν ἐν τῇ φύσει.* Soph. Œd. Col. 954. *θυμοῦ γὰρ οὐδὲν γῆράς ἐστιν ἄλλο πλὴν θανεῖν.* Plato Apolog. §. 9. *ὄνομα τοῦτο, λέγεσθαι σοφὸς εἶναι.* Sic apud Latinos Persius I. 26. *usque adeone* Scire tuum *nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?*

175. Δαιμόνων χάρις. *Reverentia diis adhibenda.* Sic Eurip. Med. 439. *Βέβακε δ' ὅρκων χάρις.* Mirum in modum in interpretes verterunt *Deorum donum*, sc. *τὸ σωφρονεῖν*, quem sensum voces non ferunt.

176. Σέλμα. *Transtrum.* Vid. Gloss. Theb. 32. Pers. 364.

Ibid. Σεμνός. *Venerabilis.* De regibus dictum. Eurip. Androm. 700. *Σεμνοὶ δ' ἐν ἀρχαῖς ἥμενοι.* Choeph. 973. *Σεμνοὶ γὰρ ἦσαν ἐν θρόνοις τόθ' ἥμενοι.* Herodot. II. 173. *σὲ γὰρ ἔχρην ἐν θρόνῳ σεμνῷ σεμνὸν θωκέοντα, δι' ἡμέρης πρήσσειν τὰ πρήγματα.*

177. **Πρέσβυς.** Stanleius interpretatur *Summus:* Arnaldus *venerandus:* vid. ad Theb. 386. Sed satius est cum Butlero vertere *major natu.* Infra 198. ἄναξ ὁ πρέσβυς. 513. Ἄναξ Ἀτρείδης πρέσβυς, εὐδαίμων ἀνήρ.

180. **Ἔμπαιος.** *Qui incutitur.* ταῖς ἐμπεσούσαις. Schol. Hesych. Ἔμπαιον. ἔμπειρον. μέτοχον. ἢ ἐπίσιτον. Spectat ad Odyss. Φ. 400. κακῶν ἔμπαιος ἀλήτης. ubi significari videtur is qui παίεται ὑπὸ κακῶν. Hujus fabulæ 338. εἰ πρόσπαια μὴ τύχοι κάτα. Sed, ut verum fatear, Homericam vocem profluxisse puto ex ἔμπα vetere substantivo, unde ἐμπάζομαι *curam gero,* et forte ἔμπας *sedulo, omnino.* Æschylus vero a παίω duxit. Apud Hesychium pro ἐπίσιτον Abreschius corrigit ἐπίσσυτον,

181. * **Κεναγγής.** *Vasa evacuans.* Famem generans, quæ vasis corporis exinanitis supervenit. Galen. ap. Foes. Œcon. Hippocr. p. 332. Κενεαγγείην—τὴν τῶν ἀγγείων κένωσιν. τοῦτο γὰρ ἡ κενεάγγεια σημαίνει κυρίως τε καὶ πρώτως· καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀσιτία κενεάγγεια πολλάκις εἴρηται. quæ vox frequens est apud Hippocratem. Pollux VI. 31. τὸ πρᾶγμα, πεῖνα, καὶ τὸ ῥῆμα πεινῆν. Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς καὶ κεναγγίαν εἴρηκε· Ξενοφῶν δέ, βούλιμον. καὶ Ἀριστοφάνης δέ, τὸν Πειραᾶ μὴ κεναγγίαν ἄγειν. in utroque loco MS. κεναγγείαν, sed rectius κεναγγίαν. Antiatticista Sangerm. p. 104. Κεναγγίαν. τὴν πεῖναν. Πλάτων Συμμαχίᾳ. Quare aberrarunt interpretes, quum hanc vocem ad navium vasa retulerint. Scholiasta citat Odyss. M. 329. νηὸς (νηῶν Schol.) ἐξέφθιτο ἤια πάντα. cui explicationi aliquatenus favere videatur locus Aristophanis Plut. 840. Αὐχμὸς γὰρ ὢν τῶν σκευαρίων μ' ἀπώλεσεν. Cf. Casaub. Animadv. in Ath. I. 11.

183. * **Πέρα.** *Terra e regione sita.* Substantivus. Suppl. 261. Ἄπις γὰρ ἐλθὼν ἐκ πέρας Ναυπακτίας, *ex terra Naupactia e regione jacente.* Etymol. M. p. 79. de adverbiis ex obliquis nominum casibus deductis, καὶ ἡ πέρα, τῆς πέρας, τῇ πέρᾳ, τὴν πέραν. Recte: nam πέραν dicitur pro κατὰ πέραν. Infra 1170. Πόντου πέραν τραφεῖσαν. Herodot. VI. 44. ἐκ μὲν δὴ Θάσου διαβαλόντες πέρην. Nec dubium

quin πέρα fuerit dativus ejusdem vocabuli, anglice, *on the other side;* et hinc patet causa, quare ultima ejus syllaba producatur.

Ibid. Παλίῤῥοθος. *Refluus.* i. e. *quem refluæ undæ lavant.* Epithetum minime otiosum. Euripi reciprocationes (quæ ap. Strab. IX. p. 403. septies quotidie fieri narrantur) in proverbium abierant. Vid. Hesych. in v. Εὔριπος. Antiphilus in Anthol. p. 73. Εὐβοϊκοῦ κόλποιο παλινδίνητε θάλασσα, Πλαγκτὸν ὕδωρ, ἰδίοις ῥεύμασιν ἀντίπαλον, Ἠελίῳ κὴν νυκτὶ τεταγμένον ἐς τρὶς ἄπιστον Ναυσὶν ὅσον πέμπεις χεῦμα δανειζόμενον. Hipparchus ap. Stob. p. 574. πάντα γὰρ ταῦτα ἄστατά τε καὶ ἀβέβαια Εὐρίπου τρόπον ἐν πολλαῖς καὶ ποικίλαις μεταβολαῖς γινόμενα παρειλήφαμεν. Sic optime Jacobs. Animadv. in Stob. p. 298. pro εὗρε τὸν τρόπον. Et Porsonus Opusc. p. 277. Atque hinc explicari potest oraculum apud Pausan. V. 7. p. 27. ed Fac. Τρινακίης καθύπερθεν, ἵν' Ἀλφειοῦ στόμα βλύζει Μισγόμενον πηγαῖς εὐριπείης Ἀρεθούσης. ubi laborant interpretes.

184. Αὐλίδος τόποι. De hac locutione vide notata ad Prometh. 426.

185. Πνοαὶ ἀπὸ Στρύμονος. *Venti Boreales.* Anglice, *gales from the N. E.* interdum dicti Στρυμονίαι ἄνεμοι. Herodot. VIII. 118. πλώοντα δέ μιν ἄνεμον Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίην. ubi vid. Larcher. Callim. H. Del. 26. Στρυμονίου Βορέαο.

186. * Κακόσχολος. *Otium minime optandum præbens.* Hesych. Κακοσχόλου. κακοῦ κατὰ τὴν σχολήν. Id. Νῶκαρ—κακόσχολος ἔννοια.

Ibid. Νῆστις. *Jejunus.* Vid. infra 322. Masculinum νήστης habet Simonides ap. Etymol. Gudian. p. 408, 40. Νήστης. οὕτως εἴρηται παρὰ Σιμωνίδῃ· παρὰ τὸ ἔδω. καὶ ὡς παρὰ ψεύδω, οὗ παθητικὸν ψεύδομαι, ψεύστης, οὕτω καὶ παρὰ τὸ ἔδω, τὸ ἐσθίω, οὗ ὁ μέλλων ἔσω, ἔστης, καὶ μετὰ τοῦ νε στερητικοῦ νεέστης, οὗ παρώνυμον νήστης. οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν Ἐπιμερισμοῖς. Substantivum νῆστις ap. Empedocl. in Stobæi Ecl. p. 153. Νῆστίς θ', ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

Ibid. **Δύσορμος.** *In portu male detinens.* Sensu insolito. Alibi significat *importuosus.* Pers. 453. Νῆσος—βαιά, δύσορμος ναυσίν. In his epithetis vim activam inesse observavit Schutz.

187. *Ἄλη. *Error. Qui homines errare cogit.* (vid. Matthiæ Gr. Gr. §. 429.) Schol. ἐκ τοῦ Ὁμηρικοῦ. (Od. M. 330.) καὶ δὴ ἄγρην ἐφέπεσκον ἀλητεύοντες. Hesych. Ἄλη. πλάνη. Homer. Od. O. 341. ὅττι μ' ἔπαυσας ἄλης καὶ οἰζύος αἰνῆς. Eurip. Orest. 56. Ἄλαισι πλαγχθείς. Med. 1282. ὅθ' ἡ Διὸς Δάμαρ νιν ἐξέπεμψε δωμάτων ἄλῃ. Archiloch. ap. Clem. Alex. Strom. VI. p. 739. Ἤμπλακον· καὶ πού τιν' ἄλλον ἧδ' ἄλη κιχήσατο. Sic enim certissime corrigit Hermannus. Vulgo ἄτη. Euphorio ap. Schol. Apoll. Rhod. IV. 55. emendatus a Valckenaerio Animadv. ad Ammon. p. 149. Φοιταλέος διὰ πᾶσαν ἄλην ἐπάτησε κοθόρνῳ. Vulgo ἄδην. Nicand. Alex. 124. Αὐτοὶ δ' ἀσχαλόωσιν, ἄλη δέ τις ἤθεα φωτὸς Ἐμπεδάει. Male legitur ἄλη δέ φιν. Ibid. 84. ἄλην ἑτερειδέα λεύσσων. Epigr. ap. Suid. in voce, Ἀλὸς τύραννε, σοί, Πόσειδον, Ἀρχικλῆς Ἔθηκε, λήξας τῆς ἀπ' ἠόνων ἄλης. Synes. de Provid. I. p. 107. D. καὶ τῆς ψυχῆς τὴν ἄλην παραμυθεῖσθαι. (ἄλυν Pierson. ad Mœrin. p. 60.) Sed frustra sunt, ut opinor, Wesselingius et Schaeferus in Append. ad Bastii Ep. Crit. p. 14. quum ἄλυν vel ἄλην reponere volunt in inscriptione quadam, Σοι γαρ μετεστι χαρας ημιν δαλις. ubi legendum Σοι γαρ μετεστι της χαρας, ημιν δ' αλις. Dio Chrysost. I. p. 60. καὶ μετὰ τοῦτο δὴ προέλεγεν, ὅτι οὐ πολὺς χρόνος ἔσοιτό μοι τῆς ἄλλης καὶ τῆς ταλαιπωρίας. Quis non videt legendum esse τῆς ἄλης ?

188. **Πεῖσμα.** *Navis retinaculum.* Illustratur ad Pers. 117. Idem valet πειστήρ. Theocr. XXI. 58. Ceterum recte monet Scholiasta respici ad Homer. Iliad. B. 135. Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται. Thucyd. VII. 12. νῦν δὲ αἵ τε νῆες διάβροχοι, τοσοῦτον χρόνον ἤδη θαλασσεύουσαι, καὶ τὰ πληρώματα ἔφθαρται. ubi Scholiasta Homeri locum confert.

189. * **Παλιμμήκης.** *Prælongus.* παλιμμήκης pro παμμήκης, quam potestatem exserit interdum in compositis πάλιν. Hesych. Παλίσκιος. σύσκιος, σκοτεινός, ζοφώδης· τὸ γὰρ πάλιν ἐνιαχοῦ ἐπίτασιν

1291. **Ἐπιξενοῦμαι.** *Protestor.* Hesych. Ἐπιξενοῦσθαι, μαρτύρεσθαι, πορεύεσθαι. Σοφοκλῆς Ἀχαιῶν Συλλόγῳ, καὶ Αἰσχύλος Κρήσσαις. Sed de hac interpretatione dubitandum videtur. Etymol. M. p. 610, 43. Ξενοδόχον, ὁ μὲν Ὅμηρος, τὸν ξένους δεχομένον συνηθῶς ἡμῖν ὑποτίθησι· Σιμωνίδης δὲ καὶ Πίνδαρος, καὶ ἄλλοι τινές, τὸν ἐπιμάρτυρα ἐξεδέξαντο. Butlerus, cum Interprete Gallico vertendum putat, *hæc munera hospitalia moritura posco.* Schol. explicat per φιλιοῦμαι. Plerumque significat *hospitio excipior.*

1295. **Τιμάορος.** Vid. supra 497.

1297. **Εὐμαρής.** *Facilis.* Formatum est ab antiquo vocabulo μάρη, *manus,* sicut εὐχερής a χείρ. Schol. Venet. in Iliad. O. 37. μάρψει δ' ἐξείης] κυρίως, χερσὶ συλλήψεται. μάρη γὰρ ἡ χείρ. κατὰ Πίνδαρον, ὅθεν καὶ εὐμαρές.

1300. **Σπόγγος.** *Spongia,* qua veteres ad mensas vel tabulas abstergendas uti solebant. Odyss. A. 111, οἱ δ' αὖτε σπόγγοισι πολυτρήτοισι τραπέζας Νίζον. Sensus hujus loci subobscurus est. Schutzii interpretatio hæc est: *Prosperitatem vel umbra quælibet everterit:* sin *adversæ fuerint res, madida quæ injecta fuerit, spongia scripturam delet:* h. e. adversitatis udeo facile oblivisci solent homines ut ejus memoria, tanquam spongia deleta prorsus evanescat. Melius Butlerus; quum ex rebus prosperis in adversas quis inciderit, omnis prioris felicitatis, tanquam spongia adhibita, memoria deletur. Equidem locum sic interpretari malim; *res prosperas vel umbra everterit,* ut mutationes facile admittant; *in adversis vero rebus,* sicut *spongia tabulæ lineas penitus delere solet,* ita omnis spes meliorum prorsus aboletur. h. e. res prosperæ in adversas longe facilius mutantur, quam in prosperas adversæ; atque hunc rerum adversarum statum magis deploro, quam instabilem prosperitatis conditionem. Vel, si mavis cum Butlero interpretari, *multo magis deploro statum rerum humanarum, quam cædem mihi imminentem.* Pictores ad tabulæ partem aliquam recens pictam delendam spongia utebantur. Eurip. Hel.

270. εἶτ' ἐξαλειφθεῖσ', ὡς ἄγαλμ'. ubi Jacobsius citat Pelei fragmentum; Τὸν ὄλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς, Ὃν γ' ἐξαλείφει ῥᾷον ἢ γράφει θεός. Spongia etiam scripturam delebant; vid. Sueton. Aug. II. 85. Videndum autem, an voces σκία et γραφὴν dictæ sint cum quodam respectu ad pictorum σκιαγραφίαν. Iamblichus in Protrept. p. 52. de vita humana, εὑρήσει (τις) τὰ δοκοῦντα εἶναι μέγαλα τοῖς ἀνθρώποις, πάντα ὄντα σκιαγραφίαν. Vid. Wyttenbach. ad Platon. Phæd. p. 170.

1302. **Ἀκόρεστος.** *Insatiabilis,* sed in hoc loco *cujus nulla est satietas.* Herodot. VII. 49. a Stanleio advocatus; εὐπρηξίης γὰρ οὐκ ἔστι ἀνθρώποισι οὐδεμίη πληθώρη. ubi vid. Wesseling. qui hunc locum non neglexit.

1303. **Δακτυλόδεικτος.** *Digito monstratus.* Lucian. Somn. 11. τοιαῦτά σοι περιθήσω τὰ γνωρίσματα, ὥστε τῶν ὁρώντων ἕκαστος τὸν πλησίον κινήσας δείξει σε τῷ δακτύλῳ, ΟΥΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ, λέγων. Pers. I. 28. *At pulcrum est digito monstrari, et dicier* HIC EST. quem locum, et Horatianum C. IV. iii. 22. contulit Stanleius.

1308. * **Θεοτίμητος.** *Diis honoratus.* cui honorem dii augent. Agamemnon ap. Homerum, Il. A. 174. παρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, Οἵ κέ με τιμήσουσι· μάλιστα δὲ μητιέτα Ζεύς.

1312. **Ἀσινής.** *Innocuus.* Vid. Theb. 826. Herodot. I. 105. τῶν πλεόνων Σκυθέων παρεξελθόντων ἀσινέων, ὀλίγοι τινὲς αὐτῶν ὑπολειφθέντες, ἐσύλησαν τῆς Οὐρανίης Ἀφροδίτης τὸ ἱρόν.

1314. **Καίριος.** Vid. supra 1263.

1315. **Οὐτάζω.** *Cominus vulnero.* τὸ ἐγγὺς πλήττειν, inquit Eustath. ad Il. O. 528. Ὃς τότε Φυλεΐδαο μέσον σάκος οὔτασε δουρί, Ἐγγύθεν ὁρμήσας.

1320. **Βοή.** *Auxilium.* Recte Abreschius, *cives in auxilium vocemus.* Citat Suppl. 725. εἰ βραδύνοιμεν βοῇ, pro βοηθείᾳ. Similis est locus Odyss. X. 132. ὦ φίλοι, οὐκ ἂν δή τις ἀν' ὀρσοθύρην ἀνα-

βαίη, Καὶ Fείποι λαοῖσι, *βοὴ δ' ὤκιστα γένοιτο*; sic etiam dicitur *βοὴν ἀγαθὸς* Μενέλαος.

1323. Γνῶμα. *Animi decretum.* Vox ignota Steph. Thes. hoc sensu, quo nihilominus præter Nostrum utitur et Soph. in Trach. v. 602. et Eurip. in Heracl. v. 408. quem utrumque citat Triclin. ad Antig. v. 180. Adde Herodot. VII. 52. Abresch. Hesych. Θρώσκω *γνῶμα*. Καλλίστρατος *ἀντὶ τοῦ αἰσθάνομαι νῦν κεῖσθαι λέγει*. sed locus ambiguus est.

1324. Ἀκμή. *Tempus est.* Pers. 413. *κοὐκέτ' ἦν μέλλειν ἀκμή.* ubi vide.

1325. Φροιμιάζομαι. *Præludo.* Vid. supra v. 30. Mox absurde dixit Abrèschius *τυραννίδος σημεῖα* periphrasin esse non protritam *τῆς τυραννίδος*. Vertendum *tyrannidis futuræ indicia*, seu *specimina*. Prometh. 867. *σημεῖά σοι τάδ' ἐστὶ τῆς ἐμῆς φρενός.*

1327. * Μελλώ. *Mora.* Vid. notata: *illi vero tarditatis gloriam humi conculcantes* (i. e. aspernati, et celeritatem præferentes) *manu non quiescunt.* Ut *μελλώ* pro *μέλλησις*, sic *κινώ* pro *κίνησις* dicebant Dorienses, teste Hesychio.

1328. Πατέω. *Calco.* Vid. supra 364. Homer. Il. Δ. 157. *ὥς σ' ἔβαλον* Τρῶες, *κατὰ δ' ὅρκια πιστὰ πάτησαν.*

1331. * Δυσμηχανέω. *Difficultatibus impedior.* *δυσμήχανός εἰμι.* Qui *μηχανὴν* habet rei faciendæ, *εὐμηχανεῖ*: qui nullam habet, *ἀμηχανεῖ*; qui vix habet, *δυσμηχανεῖ.*

1333. Τείνω. *Extendo.* Vid. Prometh. 548. Pers. 707. Eurip. Med. 668.

1334. * Καταισχυντήρ. *Qui dedecore afficit.*

1336. Πεπαίτερος. *Mitior. Tolerabilior.* *πέπων mitis, mollis,* sæpissime apud Homerum. Eustath. ad Il. B. p. 211, 12. *δῆλον οὖν ὅτι πέπων κυρίως, πᾶς κάρπος, φασίν, ὡραῖος τοῦ φάγειν.* laudat

ibidem Æschyli fragmentum, ἀνὴρ δ' ἐκεῖνος ἦν πεπαίτερος μόρων. Idem ad Il. Λ. p. 883, 33. πέπτειν—ὅθεν καὶ πέπων καὶ ἡ πεπαιτέρα γίνεται, γυνὴ δηλαδὴ μήτε πάνυ γεραιά, μήτε μὴν ἔτι ἀκμαία. χρῆσις δὲ τῆς λέξεως ἐν τῷ, Νέᾳ, παλαιᾷ, μεσοκόπῳ, πεπαιτέρᾳ. Vid. Musgrav. ad Soph. Œd. Col. 450. ubi conjungenda χρόνῳ πέπων; nullus enim est pleonasmus, quod ait Schaeferus. Eumen. 66. ἐχθροῖσι τοῖς σοῖς οὐ γενήσομαι πέπων. Sophocl. Trach. 730. ὀργὴ πέπειρα.

1340. **Τοπάζω.** *Conjicio.* Hesych. Τοπάζει. εἰκάζει—στοχάζεται. Idem, 'Ατόπαστον: ἀνείκαστον. τοπάζειν γὰρ τὸ εἰκάζειν, καὶ τὸ ὑποτοπῆσαι δὲ ἐνθένδε λέγεται. Αἰσχύλος Κρήσσαις Timæus, Τοπάζω. ὑπονοῶ, οἴομαι. ubi vid. Ruhnken. Etymol. M. p. 672, 12. Τοπάζειν. στοχάζεσθαι, ὑπονοεῖν. καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν 'Ηριγόνῃ—ἃ δὲ Δόξῃ τοπάζω, ταῦτ' ἰδεῖν σαφῶς θέλω. Aristoph. Vesp. 71. νόσον γὰρ ὁ πατὴρ ἀλλόκοτον αὐτοῦ νοσεῖ, Ἣν οὐδ' ἂν εἷς γνοίη ποτ', οὐδὲ ξυμβάλοι, Εἰ μὴ πύθοιθ' ἡμῶν, ἐπεὶ τοπάζετε. De veriverbii ratione hæreo; sed videtur proprie τοπάζειν significare *locum rei cuilibet adsignare.* ἄτοπος *cui locus adsignari nequit; absurdus.* Hesych. Δυστοπάζοντες. δυσχερῶς ὑπονοήσαντες—Δυστόπαστος. δυσκατάληπτος. Eurip. Troad. 885.

1341. **Ταύτην,** sc. **γνώμην.** Aristoph. Eccl. 658. Κἀγὼ ταύτην γνώμην ἐθέμην. unde Elmsleius (ad Heracl. 1053.) apud Sophocl. Phil. 1448. κἀγὼ γνώμῃ ταύτῃ τίθεμαι, reponi jubet γνώμην ταύτην. quæ mutatio nescio an sit omnino necessaria. Dativum aliquatenus defendit Thucyd. VI. 60. Λάμαχος μέν, ταῦτα εἰπών, ὅμως προσέθετο καὶ αὐτὸς τῇ 'Αλκιβιάδου γνώμῃ. Xenoph. Anab. I. 6. 10. ταύτῃ δὲ τῇ γνώμῃ ἔφη καὶ τοὺς ἄλλους πρόσθεσθαι. quæ tamen exempla, quia verbum compositum usurpatur, rem non conficiunt.

Ibid. **Πληθύνομαι.** *Numero augeor;* sed in hoc loco videtur significare, *multis argumentis urgeor.*

1342. **Τρανῶς.** *Perspicue. Lucide.* Hesych. Τρανές. σαφές, ἀληθές. Eumen. 45. τῇδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ. Sophocl. Aj. 23. ἴσμεν γὰρ οὐδὲν τρανές. Formata est hæc vox a τράω, *perforo,* unde τρητός,

τρῆμα, &c. Mox κυροῦνθ' ὅπως dicitur pro ὅπως κυρεῖ. Abreschius vero conjungit ὅπως εἰδέναι.

1346. Ἀρκύστατα. *Spatium nter retia.* Vid. ad Pers. 102. qui locus etiam sequentia κρεῖσσον ἐκπηδήματος illustrat.

1347. Κρείσσων. *Superior.—altior quam ut transcendi possit.* Thucyd. II. 50. γενόμενον γὰρ κρεῖσσον λόγου τὸ εἶδος τῆς νόσου—*atrocius quam ut describi possit.* Plura vide apud Hermann. ad Viger. p. 714. Erfurdt. ad Sophocl. Œd. T. 177.

1350. Ἐπ' ἐξειργασμένοις. *Rebus confectis.* Herodot. IV. 164. μαθὼν δὲ ἐπ' ἐξεργασμένοισι τὸ μαντήϊον ἐὸν τοῦτο—ubi Wesselingius, præter hunc locum, advocat Pers. 531. (ubi vid. Gloss.) Eurip. Bacch. 1037. πλὴν ἐπ' ἐξειργασμένοις Κακοῖσι χαίρειν, ὦ γυναῖκες, οὐ καλόν. vid. Matthiæ. Gr. Gr. p. 865. Ita vertit Casaubonus: *constitui* (num legit ἔστησα ?) *Agamemnonem prope ea quæ in hanc rem paraveram, ubi a me cæsus est.*

1353. Ἄπειρος. *Interminabilis.* quia scilicet vestis foramina nulla habuit ad exserendum caput vel brachia. Schol. Eurip. Hec. 1277. de Clytæmnestra, ἱμάτιον παρεσκεύασε μὴ ἔχον διεξόδους μήτε κεφαλῆς μήτε χειρῶν· ἐν ᾧ περιβαλοῦσα αὐτὸν λελουμένον ἀπέκτεινε· Eurip. Orest. 25. ἣ πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι, Ἔκτεινεν. Lycophr. 1099. ὁ μὲν γὰρ ἀμφὶ χύτλα τὰς δυσεξόδους Ζητῶν κελεύθους αὐχενιστῆρος βρόχου, Ἐν ἀμφιβλήστρῳ συντεταργανωμένος, Τυφλαῖς ματεύσει χερσὶ κροσσωτοὺς ῥαφάς. Hæc dedit Stanleius. Eumen. 631. ἐν δ' ἀτέρμονι Κόπτει πεδήσασ' ἄνδρα δαιδάλῳ πέπλῳ.

1354. Περιστιχίζω. *Circumvallo.* (Terent. Adelph. III. 2. 4. *tot res repente circumvallant, unde emergi non potest.*) Indaginem circa feras defigo. περιστιχίζεσθαι vel περιστοιχίζεσθαι, forma media, est *indagine circumcludere.* Harpocrat. Περιστοιχίζεται. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς (I. 4.) φησί, Μέλλοντας ὑμᾶς καὶ καθημένους περιστοιχίζεται—ἐκ μεταφορᾶς τῶν κυνηγετῶν· κατὰ γὰρ τὰς ἐκ δρομὰς τῶν θηρίων ὀρθὰ ξύλα ἱστᾶσιν, ἃ καλοῦσι στίχους, ἤγουν στοίχους, καταπεταννύντες αὐτῶν δίκτυα, ἵν', ἐὰν αὐτοὺς ἐκφύγῃ τὰ θηρία, εἰς τὰ

δίκτυα ἐμπέσῃ, ὡς ὑποσημαίνει Ξενοφῶν ἐν τῷ Κυνηγετικῷ. Harpocrationem sequitur Etymol. M. p. 699, 33. περιστοιχίσαντος habent Photius et Suidas. διαστοιχίζομαι Noster in Prometh. 238. ἐστοίχισα ibid. 493.

Ibid. **Πλοῦτος.** *Divitiæ.* Nempe vestis erat purpura tincta. Supra 922. φθείροντα πλοῦτον, ἀργυρωνήτους θ' ὑφάς.

1356. **Αὐτοῦ.** *Ibi.* Sic forte vertendum, potius quam *illius*, quod in notis dixi. Supra 439. οἱ δ' αὐτοῦ περὶ τεῖχος θήκας κατέχουσιν.

1357. * **Ἐπενδίδωμι.** *Insuper addo.* Verbum non alias reperire potui. Recte Spaldingius apud Botheum, "Σωτήρ Pluto appellatur unice per respectum ad proverbium τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, qui est tertia plaga." Scilicet ut apud homines Jupiter dicitur Σωτήρ, sic apud inferos Pluto Σωτὴρ νεκρῶν. Vid. supra ad v. 237.

1358. **Εὐκταῖος.** *Votivus.* εὐκταία χάρις *donum votivum.* Noster in Epigonis, λοιβὰς Διὸς μὲν πρῶτον ὡραίου γάμου Ἥρας τε— τὴν δευτέραν γε κρᾶσιν ἥρωσιν νέμω, Τρίτον, Διὸς Σωτῆρος εὐκταίαν λίβα. Eurip. Med. 169. Θέμιν εὐκταίαν. vid. ad Mœrin. p. 137.

1359. **Ὁρμαίνω.** *Cum impetu feror.* Cave cum Stanleio interpreteris *vomit animam*; rectius verteris *æstuat animo*, secundum illud poetæ, ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν. Vid. Theb. 390.

1360. **Ἐκφυσιάω.** *Vehementer efflo.* Apollon. Lex. Homer. Φυσιόωντας. ἀσθμαίνοντας, ἐν τῇ δ' Ἰλιάδος. (227.) τῶν πεποιημένων ἡ λέξις. Sophocl. Antig. 1238. καὶ φυσιῶν ὀξεῖαν ἐκβάλλει πνοὴν Λευκῇ παρειᾷ φοινίου σταλάγματος. Noster Eumen. 248. φυσιᾷ Σπλάγχνον. Mox αἵματος σφαγήν dicitur poetice καθ' ὑπαλλαγήν, pro αἷμα ἀπὸ τῆς σφαγῆς; ut in Pers. 95. ποδὶ πηδήματος pro πηδήματι ποδός.

1361. **Βάλλω.** *Conspergo.* Hesych. Ἔβαλλον. ἔῤῥαινον. Homer. Il. Α. 536. ἃς ἄρ' ἀφ' ἱππείων ὁπλέων ῥαθάμιγγες ἔβαλλον. Vid, Ruhnken. ad H. in Cerer. 50.

Ibid. Ἐρεμνός. *Niger.* Apollon. Lex. Homer. Ἐρεμνή. σκοτεινή· οἷον ἐρεβεννή· παρὰ τὸ ἔρεβος, ὅ ἐστι σκότος. Utrumque ab ἐρέφω, *tego*, profluxit, quod ab ἔρα, *terra.* Il. M. 375. ἐρεμνῇ λαίλαπι Fῖσος. Eustath. ad Il. H. p. 683, 45. τὸ κελαινὸν αἷμα, ὃ ἐρεμνὸν ἡ τραγῳδία φησί. Sophocles sc. in Ajacis v. 374. ἐρεμνὸν αἷμ' ἔδευσα. Vid. Jacobs. Anim. in Eurip. p. 8.

Ibid. Ψακάς. *Ros.* Vid. notata ad v. 1512.

1362. Οὐδὲν ἧσσον. *Non minus.* Eurip. Orest. 459. τιμῶντέ μ' οὐδὲν ἧσσον ἢ Διοσκόρω.

Ibid. Διόσδοτος. *A Jove datus.* Theb. 946. διοσδότων ἀχέων. Eumen. 623. διοσδότοις σκήπτροισι τιμαλφούμενον.

1363. Γάνος. *Liquor.* Glossar. in Pers. 489.

Ibid. Σπορητός. *Semen terræ commissum.* uti interpretatur H. Stephanus Theophrasti locum, τὸν τῶν ὀσπρίων σπορητὸν ἓξ μῆνας (τελειοῦσθαι).

Ibid. Λόχευμα. *Parturitio.* Recte vertit Heathius, *quum sata calices parturiunt.* Pro *filio* ponitur ap. Eurip. Iph. A. 285. Μέγης —Φυλέως λόχευμα.

1364. Πρέσβος. *Senectus,* i. e. summi e senibus; vel πρέσβος Ἀργείων, *quos Argivi cum reverentia suspiciunt.* Pers. 629. βασίλεια γύναι, πρέσβος Πέρσαις. Cf. Glossar. in Theb. 385.

1367. Ὑπερδίκως. *Supra modum juste. Optimo jure.* Sophocl. Aj. 1108. τὰ σκληρὰ γάρ τοι, κἂν ὑπέρδικ' ᾖ, δάκνει. Pindar. Pyth. X. 67. ὑπέρδικον Νέμεσιν, ubi comparavit Heynius vocabula similiter composita, ὑπέρθυμος, ὑπέροπλος. Sic ὑπέρπικρος Prometh. 980. ὑπεργήρως supra 78.

1369. Ἀραῖος. Vid. supra 228.

1371. Κομπάζω. *Jacto.* Vid. ad Prometh. 369. Theb. 476. nott.

1373. **Πρὸς εἰδότας λέγω.** *Dico vobis qui usu didicistis.* Homer. Il. K. 250. εἰδόσι γάρ τοι ταῦτα μέτ' Ἀργείοις ἀγορεύεις. Eurip. Orest. 1181. Ἑλένης κάτοισθα θυγατέρ'; εἰδότ' ἠρόμην. Hecub. 664. οὐ καινὸν εἶπας· εἰδόσιν δ' ὠνείδισας. Thucyd. II. 36. μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βούλομαι. III. 58. νῦν δὲ πρὸς εἰδότας πάντα λελέξεται. ubi vid. Duker. VII. 14. ἐπισταμένοις δ' ὑμῖν γράφω. Herodot. VII. 8. τὰ μέν νυν Κῦρος τε καὶ Καμβύσης πατήρ τε ἐμὸς Δαρεῖος κατεργάσαντο καὶ προσεκτήσαντο ἔθνεα, ἐπισταμένοισι εὖ οὐκ ἄν τις λέγοι. Noster Prometh. 450. ἀλλ' αὐτὰ σιγῶ καὶ γὰρ εἰδυίαισιν ἂν Ὑμῖν λέγοιμ' ἄν. Cf. Dionys. Halic. de Comp. Verb. p. 216. ed. Schaefer. Longin. π. ὑ. p. 107. ed. Toup. Schaefer. ad Bast. Comm. Palæogr. p. 833. not.

1374. **Εἶτε.** Notent tirones ellipsin hujus voculæ ante αἰνεῖν. Odyss. Δ. 109. οὐδέ τι ϜἼδμεν, Ζώει ὅγ' ἢ τέθνηκεν. Vid. Hermann. ad Viger. p. 793. Sic inter Latinos Horatius, *ponere seu tollere vulta freta.*

1375. **Ὅμοιον.** *Perinde.* Vid. supra 1210.

1379. **Ἐδανός.** *Edulis.* Hesych. Ἐδανά· ἐδώδιμα, βρώσιμα. —Ἐδανοῖς. βρωσίμοις. Αἰσχύλος. ubi forte corrigendum ἐδανός. βρώσιμος. Homer. Il. Ξ. 171. ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ, Ἀμβροσίῳ, ἐδανῷ. ubi mirum in modum nugantur grammatici. Schol. Venet. παρὰ τὸ ἥδω, ἡδονή, ἡδανός, τὸ ἐδανὸς γένοιτ' ἄν. Verum nihil aliud est quam "*sweet oil,*" "*fit to be eaten.*" quod Theocr. V. 54. dixit ἀδέος ἐλαίω.

1380. **Πάσσομαι.** *Vescor.* quo sensu in aoristo tantum usurpatur, jungiturque cum accusativo vel genitivo. De hoc verbo vid. Ernesti. ad Callim. Cer. 69. 128. Brunck. ad Apollon. Rhod. I. 1072. Frequens apud Homerum. Utitur etiam Herodotus I. 73. II. 37. qui alias dixit πατέεσθαι. Simplex forma erat πάω, unde πατέω et *pasco.* πάσασθαι, *vesci,* primam corripit: πάσασθαι, *possidere,* producit. Vid. ad v. 808.

1881. **Θύος.** *Thus.* ἱερὸν θῦμα. Hesych. Eumen. 833. θύη πρὸ παίδων καὶ γαμηλίου τέλους Ἔχουσ'. Euphorio ap. Etymol. M.

p. 401, 37. *οὐδέ τοι εὔωροι θυέων.* Theocrit. II. 10. *νῦν δέ νιν ἐκ θυέων καταθύσομαι.* Alia erat forma *θύον*. vid. Hesych. v. *Θύα*. Notent autem discipuli verbum *ἐπιτίθεσθαι* in hac re usitatum. Aristoph. Nub. 426. *οὐδ' ἂν θύσαιμ', οὐδ' ἂν σπείσαιμ', οὐδ' ἐπιθείην λιβανωτόν.* Menander ap. Phrynich. Ecl. p. 78. *φέρε τὸν λιβανωτόν· σὺ δ' ἐπιθὲς τὸ πῦρ τρυφῇ.* ubi mire lapsus est Bentleius, quum verteret *ἐπιθὲς τὸ πῦρ pone ignem*. Forsan legendum *σὺ δ' ἐπιθεὶς τὸ πῦρ τρέφε.* Idem ap. Porphyr. de Abst. II. p. 25. Athen. IV. p. 146. F. *ὁ λιβανωτὸς εὐσεβής, Καὶ τὸ πόπανον· τοῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ Ἅπαν ἐπιτιθέν.* Antiphanes ap. Porphyr. ibid. *ὅταν γὰρ ἑκατόμβας τινὲς Θύωσι, ταύταις καὶ λιβανωτὸς ἐπετέθη.* (Sic locum contraxit Grotius, nisi quod male edidit *ἐπετύθη*.) Plato Comicus ap. Athen. XV. p. 665. C. *τὸν λιβανωτὸν ἐπιτιθείς.*

Ibid. Δημόθροος. Vid. supra 856.

1383. Ἀπόπολις. *Ex urbe pulsa.* Compositum ut *ἀποχρήματος, ἀπότιμος, ἀπόδημος, ἀπόμουσος. ἀπότριχες* (Callim. Fr. CCCXLI.) *ἀπόσιτος* (Athen. III. p. 84. E.) *ἀπόμισθος* (Demosth. Phil. I. 15.) de quibus vid. Koen. ad Gregor. p. 528. Eustath. in Il. Θ. p. 727, 15.

1384. Μῖσος. Glossar. in Theb. 170. Ὄβριμος. ibid. 795.

1388. Προτιμάω. *Pluris facio.* Angl. *make account of.* Optime Hesych. *Οὐ προτιμᾷ. οὐκ ἔχει λόγον.* Eurip. Hippol. 48. *τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω κακόν, Τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐμοὶ Δίκην τοσαύτην, ὥστε μοι καλῶς ἔχειν.* Vid. adnotationem.

1389. Φλέω. Vid. supra 368.

Ibid. * Νόμευμα. *Pastio. εὔποκον, quæ vellera nutrit.*

1391. Ὠδίς. *Angor.* i. e. filia quæ per angores paritur. Eurip. Iph. T. 1102. *Λατοῦς ὠδῖνα φίλαν,* et alibi.

Ibid. Ἐπῳδός. *Qui incantando lenit.* Vid. Glossar. in Prometh. 180. Vid. supra 989.

1392. Ἀνδρηλατέω. *In exilium abigo.* Theb. 634. Gloss.

1393. Ἐπήκοος. *Qui audit.* cum genitivo; ut Choeph. 978. τῶνδ' ἐπήκοοι κακῶν. Eumen. 730. δίκης γενέσθαι τῆσδ' ἐπήκοος μένω. Eurip. Heracl. 119. καὶ μὴν ὅδ' αὐτὸς ἔρχεται σπουδὴν ἔχων, Ἀκάμας τ' ἀδελφός, τῶνδ' ἐπήκοοι λόγων.

1399. * Μεγαλόμητις. *Magna meditans.*

1400. * Περίφρων. *Superbus. Arrogans.* Suppl. 754. περίφρονες δ' ἄγαν ἀνιέρῳ μένει. Alias vero valet *prudentissimus,* ut sæpe apud Homerum.

1401. * Φονολιβής. *Cruorem stillans.* Eumen. 164. φονολιβῆ θρόνον.—Ἐπιμαίνομαι. Theb. 143.

1402. Λίβος. *Stilla.* Vid. notata. Notior forma est λιβάς.

1403. Ἀτίετος. *Inhonoratus. Indecorus.* quo sensu occurrit Eumen. 384. 837. Suppl. 860. In hoc loco melius conveniret *inultus.*

1407. Τέλειος. *Perfectrix.* Vid. suprà 945. Simili fere modo conjunguntur Ἐρινύς et Δίκη in Eurip. Med. 1386. ἀλλά σ' Ἐρινὺς ὀλέσειε τέκνων Φονία τε Δίκη.

1410. Ἕως ἄν. *Quamdiu.* Sophocl. Phil. 1330. ex correctione Scaligeri, Valckenaerio ad Hippol. 659. probata, ἕως ἂν αὑτὸς ἥλιος Ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν. Xenoph. Cyrop. I. 6, 10. ἕως ἂν ἔχωσι τὰ δέοντα οἱ στρατιῶται, ὑπηρετήσουσί σοι. Ibid. V. 2. 5. ἕως ἂν ἀνὴρ δίκαιος ὦ, namque particulam recte restituit Zeunius e MS. Guelf. Plato Phæd. 13. ἕως ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν. Sed quando in hoc sensu cum verbi præterito jungitur, vel quando cum præsente significat *dum,* particulam ἄν non adsumit: vid. exempla ad Pers. 434. Glossar. Quoties valet *donec,* cum particula jungitur, et verbi subjunctivo, vel sine particula cum optativo; ut in Sophocl. Trach. 688. ab Elmsleio correcta; ἕως νιν ἀρτίχριστον ἁρμόσαιμί που. De

subjunctivo vid. Valckenaer. ad Hippol. 659. Dawes. M. C. p. 489. ed. Kidd. Diversa est ratio in Sophocl. Trach. 152.

1413. Γυναικὸς τῆσδε. Clytæmnestræ scilicet; δεικτικῶς: vid. Monk. ad Alcest. 341.

Ibid. * Λυμαντήριος. *Qui injuria afficit.* Prometh. 1027. δεσμὰ λυμαντήρια. Choeph. 762. *στείχω δ' ἐπ' ἄνδρα τῶνδε λυμαντήριον.* Eustathius ad Il. A. p. 61, 12. a Porsono indicatus; *ἰστέον δὲ ὅτι τοιοῦτοι λόγοι* (de Chryseide sc.) *τοῦ Ἀγαμέμνονος, παρὰ τοῖς πλασματογράφοις τῶν ῥητόρων διδόασιν ἀφορμὰς κατηγορίας τῇ* Κλυ*ταιμνήστρᾳ, ἥτις, μοιχείας ἐγκαλουμένη, καλῶς ἂν ἐπιμέμφοιτο τῷ βασιλεῖ, ὡς αὐτῆς οὕτω προτιθέντι τὴν αἰχμάλωτον.*

1414. Χρυσηΐδων. Pluralis numerus vim sententiæ auget, sive sarcasmus sit, seu laudatio. Longin. π. ὑ. §. 23. *ἀλλ' ὅμως χυθεὶς εἰς τὰ πληθυντικὰ ὁ ἀριθμὸς συνεπλήθυνε καὶ τὰς ἀτυχίας· ὡς καὶ ἐκεῖνα πεπλεόνασται—Ἐξῆλθον Ἕκτορές τε καὶ Σαρπήδονες,* quem Æschyli senarium esse suspicatur Valckenaerius in Adoniaz. p. 413. C. Incert. Rhes. 866. *οὐκ οἶδα τοὺς σούς, οὓς λέγεις, Ὀδυσσέας.* Cf. Platon. Menex. a Longino laudatum l. c. Sic apud Latinos Horatius *Càtonibus atque Cethegis.* Lucan. I. 313. *Marcellusque loquax, et, nomina vana, Catones.* ubi vid. Oudendorp. et Cicer. de Amic. 6.

Ibid. Μείλιγμα. *Lenimentum. Remedium.* Choeph. 276. *τὰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς δυσφρόνων μειλίγματα* Βροτοῖς *πιφαύσκων εἶπε.* cf. ibid. v. 13. Pers. 608.

1415. Τερασκόπος. Vid. supra 950.

1416. * Θεσφατηλόγος. *Vaticinia edens.* De tertia syllaba vid. Glossar. in Theb. 415.

1417. Σέλμα. *Transtrum.* Vid. ad Pers. 364.

1418. * Ἱστοτρίβης. *Qui circa malum versatur.* "Allusio, ni fallor, ad *οἰκοτρίβης,* i. e. *domesticæ servituti assuetus famulus,* non *νεώνητος, tiro.*" Stanleius. Eustath. in Il. Ψ. p. 1327, 21.

τρίβειν γάρ τις λέγεται χρόνον, καὶ συνθέτως δέ, χρονοτριβεῖν. ἀπ' αὐτοῦ δὲ καὶ οἰκότριβες, οἱ οἰκογενεῖς δοῦλοι, διὰ τὸ ἐγκεχρονικέναι, ὥς φησιν ὁ γραμματικὸς 'Αριστοφάνης, οἴκῳ, καὶ κατατετριφέναι. Quod si malis legere ἰσοτρίβης, quam lectionem hodie præfero, verteris *pariter versata*; compositum ut νεοτρίβης et similia.

1419. Κύκνου δίκην. Nota superstitio. Plato Phæd. p. 357. ed. Fisch. καί, ὡς ἔοικε, τῶν κύκνων δοκῶ φαυλότερος ὑμῖν εἶναι τὴν μαντικήν· οἵ, ἐπειδὰν αἴσθωνται ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀποθανεῖν, ᾄδοντες καὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, τότε δὴ πλεῖστα καὶ μάλιστα (l. κάλλιστα. cf. Porson. ad Phœniss. 878.) ᾄδουσι, γεγηθότες ὅτι μέλλουσι παρὰ τὸν θεὸν ἀπιέναι, οὗπέρ εἰσι θεράποντες. Oppian. Cyneg. II. 547. οὐκ ἄρα τοι μούνοισιν ἐν ὀρνίθεσσιν ἔασι Κύκνοι μαντιπόλοι, γόον ὕστατον ἀείδοντες. Confert Fischer. Cicer. Tusc. I. 30. ubi vid. Davis. Ælian. H. A. V. 34. Sic Ovid. Heroid. VII. 1. *Sic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis, Ad vada Mæandri concinit albus olor.* De cycnorum cantu libellum conscripsit Jac. Thomasius.

1421. Φιλήτωρ. *Amatrix.* ἐραστής. Hesych. Strabo X. p. 484. de Cretensibus. τὸν μὲν ἐρώμενον καλοῦσι κλεινόν, τὸν δ' ἐραστήν, φιλήτορα. Absurde derivat Scholiasta a φίλος et ἦτορ.

1422. * Παροψώνημα. *Opsonium clandestinum.* Aristoph. Eccl. 226. μοιχοὺς ἔχουσιν ἔνδον, ὥσπερ καὶ προτοῦ. Αὐτοῖς παροψωνοῦσιν, ὥσπερ καὶ προτοῦ. ubi Schol. ἀντὶ τοῦ λάθρα ὀψωνοῦσι. Athen. IV. p. 171. B. παροψωνεῖν δ' ἔφη Κρατῖνος ἐν Κλεοβουλίναις οὕτως. Locus intercidit. Apprime huc facit Aristoph. Dædalo ap. Athen. IX. p. 368. C. πάσαις γυναιξὶν ἐξ ἑνός γε του τρόπου, Ὥσπερ παροψὶς μοιχὸς ἐσκευασμένος. Nempe παροψὶς erat ferculum delicatum, quod præter solitos cibos apponebant; Gallice, *entremets.* Sotades ibid. παροψὶς εἶναι φαίνομαι τῷ Κρωβύλῳ, Τοῦτον μασᾶται, παρακατεσθίει δ' ἐμέ. Juven. III. 142. *quam multa magnaque paropside cœnat?* Eamdem vim exserit præpositio παρὰ in παρεμπολάω. Eurip. Med. 906. Haud male Scholiasta, παροψώνημα. τὴν ἐκ περιουσίας τρυφήν. Clem. Alex. Strom. VI. p. 695. καὶ τῆς 'Ελληνικῆς ἐφάπτεται φιλοσοφίας, οἷα τρωγάλιόν τι ἐπὶ τῷ δείπνῳ παροψώμενος.

1424. **Δεμνιοτήρης.** Vid. supra 52.

1425. **Ἐν ἡμῖν.** pro *εἰς ἡμᾶς*, vel *ἡμῖν*. Eurip. Med. 628. *οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν ἐν ἀνδράσι.* ubi vid. Porson.

1434. **Πολύμνηστος.** *Multum ambitus. ψυχὴν* subaudiunt critici; Agamemnonis scilicet, vertuntque *illustrem.* Ego potius ceperim *πολύμναστον ἔριν* de contentione ob Helenam inter procos. Odyss. Ξ. 64. *οἰκόν τε, κλῆρόν τε, πολυμνήστην τε γυναῖκα.*

Ibid. **Ἀπανθίζομαι.** *Defloro.* Phrynich. App. Soph. p. 7. *Ἀπηνθίσθαι. τὸ ἀποβεβληκέναι τὸ ἄνθος. καὶ ἐνεργητικῶς ἐπὶ τοῦ δρῶντος τίθησιν* (qu. *τιθεῖσιν*) *ἀπανθίσας.* item in media voce. Vid. infra 1651.

1437. * **Ἐρίδματος.** Vid. notata.

1443. **Ἀξύστατος.** *Qui consistere nequit. Incompositus.* Aristoph. Nub. 1366. *ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς, Ψόφου πλέων, ἀξύστατον, στόμφακα, κρημνοποιόν.* Xenarchus ap. Athen. II. p. 63. F.—*φθίνει δόμος Ἀσυστάτοισι δεσποτῶν κεχρημένος Τύχαις.* sic enim legendum pro *ἀσυντάτοισι.*

1446. * **Ἰσόψυχος.** *Pari animo præditus.* Locum sic vertit Butlerus; *par robur jam per feminas* (Helenam scil. et Clytæmnestram) *quo mihi cor angitur exerces.* ut sit comparatio malorum quæ Atreo et Thyestæ illata sunt, cum iis quæ per Helenam et Clytæmnestram Menelao et Agamemnoni contigerunt.

1447. * **Καρδιόδηκτος.** *Cor edens.* Idem fere quod *θυμοδάκης* et *δηξίθυμος.* Vid. supra 764.

1452. * **Τριπάχυιος.** *Gravissimus.* Sed vide adnotata.

1455. **Νείρη.** *Infima pars ventris. Viscera. κοιλία ἐσχάτη.* Hesych. eadem quæ *νείαιρα.* Homer. Il. E. 539. *νειαίρῃ δ' ἐν γαστρί.* Vid. Foesii Œconom. p. 426.

1456. **Ἰχώρ.** *Cruor. αἷμα μετασυμβεβηκός, ἔμπυον.* Hesych.

τὸ ὑδατῶδες τοῦ αἵματος, Aristot. περὶ μορίων ζῴων II. 4. ὑγρασία τῆς διεφθαρμένης σαρκὸς ὕφαιμος, Schol. Homer. Il. E. 340. In hoc loco subaudiendum videtur ῥέει.

1462. * Παναίτιος. Vel *omnium caussa*, vel *totius rei caussa*, ut in Eumen. 199. αὐτὸς σὺ τούτων οὐ μεταίτιος πέλει, Ἀλλ' εἰς τὸ πᾶν ἔπραξας, ὡς παναίτιος.—* Πανεργέτης. *Omnia efficiens.*

1469. Ἀράχνη. *Aranea.* quæ alibi dicitur ἀράχνης genere masculino. Suidas et Etymol. M. Ἀράχνη. θηλυκῶς, τὸ ὕφασμα. ἀράχνης δέ, ἀρσενικῶς, τὸ ζωΰφιον. παρὰ τὸ ἀραιὰ ἴχνη ἔχειν.—εἴρηται δὲ ἀράχνης καὶ παρ' Ἡσιόδῳ, καὶ παρὰ Πινδάρῳ, καὶ παρὰ Καλλίᾳ. λέγουσι δὲ καὶ ἀραχνικὰ ἀπὸ τῆς ἀράχνης ὀρθῆς. Καλλίας Κύκλωψιν, Ὥσπερ ἀραχνικὸς τὴν ὁδὸν προφορουμένα, θηλυκῶς δὲ Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ, Πάντα δ' ἐρίθων ἀραχνᾶν βρίθει. Καλλίμαχος, Ἔργον ἀράχνα. (Vid. Lex. Seguier. p. 442, 1.) Hesiodi locus est Di. 13. τῇ γάρ τοι νεῖ νήματ' ἀερσιπότητος ἀράχνης. Plura videas ap. Valckenaer. Diatrib. in Eurip. p. 168. ἄραχνος dixit noster Suppl. 884. ἄραχνος ὣς βάδην. Sic apud Latinos *aranea* et *araneus*. Servius ad Virgil. G. IV. 246. *sciendum, majores animal ipsum masculino genere appellasse hic araneus; retia vero, quæ faciunt, feminino genere.* Vid. Wakefield. ad Lucret. III. 384.

1473. Ἀμφιτόμος. *Utrinque acutus.* Eurip. Hipp. 1372. ἀμφιτόμου λόγχας ἔραμαι. Vid. supra 1118.

Ibid. Βέλεμνον. *Telum.* Etymol. M. p. 194, 32. Βέλεμνα, βέλη. ἔστι δὲ καὶ ῥῆμα παρὰ τὸ βέλος, βέλεμος, ὡς ἔχω, Ἔχεμος, Τήλεμος· πλεονασμῷ τοῦ ν, βέλεμνος, καὶ βέλεμνον. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. Occurrit Iliad. O. 484. Eurip. Andr. 1124.

1477. Φαντάζομαι. *Appareo.* Eurip. Phœn. 93. μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται. et sæpius apud Platonem. Stanleius vertit, *adsimilatus*, quo sensu nusquam reperitur.

1478. Δριμύς. *Acer.* Vocabulum tragicis rarissime usurpatum, utpote quod infra cothurni dignitatem fuerit. δριμεῖα μάχη dixit

Homerus Il. O. 696. δριμὺς θυμός Noster Choeph. 390. δριμεῖα χόλη Theocritus I. 18. τάμισον δριμεῖαν XI. 66.

Ibid. Ἀλάστωρ. Glossar. in Pers. 360. 983. "Verte, *paternus vero malus Genius esse potuit adjutor.* πατρόθεν ἀλάστωρ idem est atque ὁ παλαιὸς Ἀτρέως ἀλάστωρ, supra v. 1478. memoratus. Eum Clytæmnestræ adjutorem hujus cædis esse potuisse dicit Chorus ipsam tamen non esse insontem." Heath. Xenarchus, citatus ad 1443.—τύχαις· ἀλάστωρ δ' εἰσέπαικε Πελοπιδῶν.

1489. Πάχνη. *Ros concretus.* sanguinis sc. Hesych. Πάχνη. ἡ ψυχρότης, ἀπὸ τοῦ πήσσειν. ἡ λεπτὴ χιών, ἡ παχεῖα δρόσος, ἡ τὸ πηγνύμενον ὕδωρ ὑπὸ ψύχους. ubi vid. interpp. et Glossar. in Prometh. 25.

1490. Κουροβόρος. *Nativorus.* Choeph. 1066. παιδοβόροι μὲν πρῶτον ὑπῆρξαν μόχθοι τάλανές τε Θυέστου.

1503. Ἔρνος. *Surculus.* Vid. Eumen. 657. Sophocl. Œd. Col. 1168. ὦ φίλτατ' ἔρνη. A. τῷ τεκόντι πᾶν φίλον. Eurip. Phœn. 198. χρυσεοβόστρυχον ὦ Διὸς ἔρνος. Troad. 761. ὦ Τυνδάρειον ἔρνος. Pindar. Isthm. IV. 76. παγκρατίου στεφάνωμ' ἐπάξιον ἔρνεϊ Τελεσιάδα. Homerum secuti sunt, qui dixit ὄζος Ἄρηος. Mox ἀερθὲν est *eductum*; ex Homerico, ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ Fῖσος.

1506. Μεγαλαυχέω. *Magnifice jacto.* Vid. Pers. 539.

Ibid. * Ξιφοδήλητος. *Gladio vastans.* Choeph. 727. ξιφοδηλήτοισιν ἀγῶσιν.

1509. Εὐπάλαμος. *Solers. Artibus probe instructa.* Vid. ad Prometh. 172.

1511. *Δομοσφαλής. *Domum labefactans.*

1512. Ψακάς. *Ros.* 1361. Vid. notata. Sensus est, *guttatim pluere desiit,* et in torrentem vertitur.

1513. * Θηγάνω. *Acuo.* Hesych. Θηγάνει. ὀξύνει. De ver-

bis in *ανω* desinentibus vid. ad Theb. 44. Sed quum talia verba ab aoristis formari soleant, et *ν* ante primam antepenultimæ consonantem adsumant, nescio an in textu reponendum sit *θηγανᾷ*, a *θηγανάω*, vel *θηγγάνει*, uti scribitur in Cyrilli Lexico; *θηγγάνει. ὀξύνει, ἀκονᾷ*. Sed illud malim.

1514. Θηγάνη. *Cos.* *ἀκόνη. λέγουσι δὲ καὶ θήγανον.* Hesych. Sophocl. Aj. 830. *σιδηροβρῶτι θηγάνῃ νεηκονῆς.*

1518. Δροίτη. *Vas balneatorium.* Etymol. M. p. 288, 3. *Δροίτη. ἡ πύελος. ὁ δὲ Αἰτωλὸς φησὶ τὴν σκάφην ἐν ᾗ ἐτιθηνεῖτο τὰ βρέφη. Παρθένιος δὲ τὴν σόρον. καὶ Αἰσχύλος.—κατὰ τὸν Ἕρμιππον οὖν, διὰ τὸ ῡ γράφεται· παρὰ τὴν δρῦν τὴν ξυλίνην. καὶ ἴσως ὅτε μὲν σημαίνει τὴν πύελον, διὰ τὸ ῡ· ὅτε δὲ τὴν σόρον, διὰ τῆς ῡι.* Eustath. ad Od. M. p. 1726, 11. *καὶ δρύτη δέ φασι, πύελος κυρίως ἡ ξυλίνη, ὡς ἀπὸ δρυός. ἧς ἡ χρῆσις παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἀγαμέμνονι. εἰ δὲ διὰ διφθόγγου γράφεται ἡ δροίτη ἐκεῖ διὰ τὸν οἶτον, οὐ κωλύει ταῦτα τὴν ῥηθεῖσαν ἑρμήνειαν αὐτοῦ. συγκέκοπται γὰρ ἐκ τοῦ δρυοίτη· ἵνα ᾖ κυρίως δροίτη, πύελος ἢ λάρναξ ἐπὶ τεθνεῶσιν.* Satis absurde. *δροίτῃ* scribitur in Nicand. Alexiph. 462. ubi Schol. *ἐν πυέλῳ, ἤγουν ἐν σκάφῃ θερμοῦ ὕδατος.* Hoc ipsum balneum vocat Lycophron *θερμὴν λουτρῶνος στέγην* v. 1103. et mox v. 1108. *δροίτην.* Choeph. 996. de veste qua Agamemnon irretitus est, *νεκροῦ ποδένδυτον Δροίτης κατασκήνωμα.* In Eumen. 630. *δρύτῃ* perperam scribitur; confusis, ut sæpissime, *υ* et *οι*. Etymol. M. p. 11, 6. *κύλος* reponendum pro *κοῖλος*. Athen. XIV. p. 621. F. *οἱ δὲ φλύακας, ὡς Ἴταλοι,* quem locum exscribens Eustath. ad Il. Λ. p. 884, 26. habet *φλοίακας*. Servius ad Virgil. Æn. II. 19. *Sane et in tragœdia de hoc equo ἐνροίμονα legitur.* Lege *ἐγκύμονα* ex Eurip. Troas. 11. Vid. ad Theb. 492.

Ibid. Χαμεύνη. *Lectus humi stratus.* *στιβάς· καὶ ἡ ταπεινὴ κλινή. καὶ Χαμεύνης, ὁ χαμαὶ κοιμώμενος.* Hesych. Theocrit. XIII. 33. *πολλοὶ δὲ μίαν στορέσαντο χαμεύναν.* Eurip. Scirone ap. Pollux. X. 35. *σχεδὸν χαμεύνῃ σύμμετρος Κορινθίας Παιδός· κνεφάλου δ' οὐχ ὑπερτενεῖς πόδα.* ubi vid. Hemsterhus. Meminerint tirones Homerici, *ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται, ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι.*

1522. * Ἀποκωκύω. *Deploro.* Proprie valet *plorare desino;* et exinde, *planctu fungor;* sicut ἀποδύρειν, ἀποκλαίειν et similia.

1525. Ἐπιτύμβιος. *Sepulcralis.* ἐπιτυμβίδιος θρῆνος Choeph. 332. Poetice dicitur ἐπιτύμβιος αἶνος pro λόγος ἐπιτάφιος.

1526. Ἰάπτω. *Emitto.* Theb. 286.

1534. Ἀντιάζω. *Occurro.* Accusativum regit: vid. ad Pers. 855.

1535. * Πόρθμευμα. *Transvectio.* (Cicer. Tusc. I. 5. *transvectio Acherontis.*) "Descriptio Acherontis, habita simul nominis ratione, quod significare volunt i. q. ὁ τὰ ἄχεα ῥέων. Cf. Etym. M. in hac voce, et Eustath. ad Il. p. 157. Apollodorus in fragm. ap. Stob. (p. 1047. ed. Heyn.) ἐκ τῶν γὰρ τοιούτων ὁρμώμενοι πιθανῶν, καὶ τοὺς ἐν Αἴδου νομιζομένους ποταμοὺς κατωνομάκασιν. Ἀχέροντα μὲν διὰ τὰ ἄχη, ὡς καὶ Μελανιππίδης ἐν Περσεφόνῃ· Καλεῖται δ' ἐν κόλποισι γαίας ἀχέεσσι προρρέων Ἀχέρων. ἔτι καὶ Λικύμνιός φησι· Μυρίαις παγαῖς δακρύων ἀχέων τε βρύει. καὶ πάλιν, Ἀχέρων ἄχεα πορθμεύει βροτοῖσιν." Schutz. Mirum est neque Heynium neque Schutzium Valckenaerii correctionem memorasse, reponentis in Diatrib. Eurip. p. 17. C. καὶ Εὐριπίδης Λικυμνίῳ φησί. Cornutus de N. D. p. 234. ὁ δὲ Ἀχέρων ἀπὸ τῶν γινομένων ἐν τοῖς τετελευτηκόσιν ἀχέων προσήχθη, καὶ ἡ Ἀχερουσία λίμνη. Corrige προήχθη.

1541. Θέσμιος. *Lege præscriptus.* Hesych. Θέσμιον. δίκαιον. *Quis enim progeniem ab imprecationibus ortam, et lege divina præscriptam, familia eliminet?* i. e. *calamitates.* Myrtili cædes erat πρώταρχος ἄτη (1163.) postea vero ex Thyestæ diris calamitates domibus Atridarum adhæsere.

1543. Κολλάω. *Glutino.* Κόλλα erat *tergus bovis,* ex quo gluten fiebat. Pausanias ap. Eustath. in Od. Φ. p. 1915, 9. ἐκολλόπωσε, τὸ κόλλῃ συνήρμοσεν. ἀπὸ γὰρ τοῦ νωτιαίου φησὶ κόλλοπος τῶν βοῶν ἑψομένου, ἐγίνετο κόλλα. Metaphorice Callim. Lav. Pall. 83. ἐκόλλασαν γὰρ ἄνιαι Γυῖνατα. Vid. Pindar. Ol. V. 29.

1559. **Στέργω.** *Æquo animo fero.* Prometh. 11.

1562. **Αὐθέντης.** Vid. 1059.

1564. **Ἀπόχρη.** *Sufficit.* ἐξαρκεῖ. Hesych. Frequens hoc verbum apud Herodotum. Aristoph. Av. 1602. ἐμοὶ μὲν ἀπόχρη ταῦτα, καὶ ψηφίζομαι.

1568. **Τιμάορος.** Vid. supra 497. **Ἐποπτεύω.** Vid. supra 1241. **Ἄγος.** 1222.

1575. **Ἀμφίλεκτος.** Vid. supra 854.

1576. **Ἀνδρηλατέω.** 1392.

1577. **Προστροπαῖος.** *Supplex.* A προστροπή, *conversio ad deos:* vid. ad Pers. 220. Sophocl. Aj. 830. τοσαῦτά σ', ὦ Ζεῦ, προστρέπω. Eadem fere translatione verbo ἄντομαι sensus supplicandi adhæsit. Sic πρόσοδοι Aristoph. Nub, 306. Demosth. de Cor. 27. Eustath. ad Od. Γ. p. 1458, 46. ἐκ δὲ τοῦ ῥηθέντος ἵκω εὕρηται καὶ Ἀφίκτωρ παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὁ ἱκέσιος. (Suppl. 1.) Vid. Vales. ad Harpocr. p. 5. Schaefer. ad Apollon. Rhod. T. II. p. 169.

1582. **Κρεουργὸν ἦμαρ.** *Dies quo celebratur visceratio.* Post sacrificia facta, populo carnium distributio fiebat, recentioribus dicta κρεωδαισία, κρεωδοσία, κρεανομία. Sed hic ceperim simplicius pro *die festo, in quo conviviis carnes adponebantur.* Odyss. O, 140. πὰρ δὲ Βοηθοΐδης κρέα δαίετο, καὶ νέμε μοίρας. Est autem κρεουργός *lanius.*

1584. **Ποδήρης.** *Ad pedes pertingens.* τὰ ποδήρη *partes quæ ad extremos pedes sitæ sunt.* Vid. supra 871.

Ibid. **Κτείς.** *Pecten.* κτένες digiti dicuntur, quia inter se certis intervallis distinguuntur, sicut pectinis denticuli. Schol. κτένας. τὰς διαστάσεις τῶν δακτύλων. Hesych. Κτένας. τοὺς τῶν χειρῶν καρποὺς καὶ τῶν ποδῶν.

1585. **Θρύπτω.** *Comminuo.* Hesych. Θρύψαι. θραῦσαι, κόψαι,

κλάσαι. Vid. ad Prometh. 919. θρύπτειν dicebantur coqui panem, quem in vinum vel jus concidebant; et ipsa panis frusta ἔνθρυπτα, *intrita;* quare si in hoc versu malis legere, puncto post κρεῶν in virgulam mutato, ἔνθρυπτ' ἄνευθεν ἀνδρακὰς καθημένῳ, non refragabor. Harpocrat. Ἔνθρυπτα. ψωμοὶ ἦσαν οἴνῳ βεβρεγμένοι, οὓς ἐποίουν εἰς σκάφην ἄρτους διαθρύψαντες, καὶ φακὴν ἐπισκεδάσαντες.

Ibid. Ἀνδρακάς. *Seorsum.* κατ' ἄνδρα ἕνα ἕκαστον. Hesych. Odyss. N. 13. ἀλλ' ἄγε Ϝοι δῶμεν τρίποδα μέγαν ἠὲ λέβητα Ἀνδρακάς. Apollonius hanc vocem ait esse τῶν ἅπαξ εἰρημένων. Alii substantivum esse crediderunt, ἀνδρακάς, ἀνδρακάδος. Hesych. οἱ δὲ μερίδες, μοῖραι. Nicand. Ther. 642. τῶν μὲν ἀπ' ἀνδρακάδα προταμὼν ἰσήρεα χραισμεῖν. Suidas. Ἀνδρακάς. τὸ κατὰ ἄνδρα. χωρίς. Κρατῖνος ἐν Βουκόλοις. το ἶσον καὶ ἀντικείμενον καλεῖ Θουκυδίδης. ἢ ἀνδρακάς· κατὰ δέκα ἄνδρας. Eadem fere habet Lex. Seguier. p. 594. Sed casu quodam satis mirabili confusæ sunt glossæ diversissimæ: nam voces τὸ ἶσον καὶ ἀντικείμενον καλεῖ Θουκυδίδης, vix dubito quin ad interpretamentum τοῦ ἀντίπαλον pertineant, qua voce in isto sensu sæpissime utitur Thucydides. Schol. ad I. 3. Ἀντίπαλον. καὶ τὸ ἶσον καὶ τὸ πολέμιον. ἀντίκειται γὰρ τῷ Ἕλληνι ὁ βάρβαρος. ubi vide Wasse.

1587. Ἄσωτος. *Salutem perdens.* Proprie, *qui servari nequit.* Sophocl. Aj. 190. τᾶς ἀσώτου Σισυφιδᾶν γενεᾶς. Schol. τῆς ἐξώλους, καὶ σώζεσθαι μὴ δυναμένης. Aristot. Eth. Nic. IV. 1. τοὺς ἀκρατεῖς καὶ εἰς ἀκολασίαν δαπανηρούς, ἀσώτους καλοῦμεν. Plura vide ap. Valckenaerium Schol. in D. Luc. p. 226. Schleusner. Lex. N. F. in voce ἀσωτία. Est igitur βορὰ ἄσωτος γένει, *victus, qui generis salutem omnem pessum dedit.*

1588. Καταίσιος. *Decens. Secundum id quod decet.* Idem fere quod ἐναίσιμος, supra 748. κατ' αἶσαν esse dicitur quodcunque recto ac vero consentaneum est. Homer. Il. Γ. 59. Ἕκτορ, ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας, οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν.

1591. Τιθεὶς ἀρᾷ. "Pro ἀρώμενον. Sæpius monitum Æschylum τὸ τίθημι κυρίως usurpasse." Stanleius. λάκτισμα τιθεὶς con-

jungit Casaubon. Schutzius intelligit λάκτισμα δεῖπνου de contemta convivii sanctitate: Butlerus et Musgravius de mensa inter cadendum a Thyesta una cum exsecratione eversa. Equidem malim interpretari de cibo vomitum excitante: Prometh. 906. κραδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει. Simili locutione utimur nos Angli. Utrique interpretationi, et Butleri et nostræ, aliqua ex parte favet Ovidius, Met. VI. 661. de Tereo: *Thracius ingenti mensas clamore repellit, Vipereasque ciet Stygia de valle sorores: Et modo, si possit, reserato pectore, diras Egerere inde dapes, semesaque viscera gestit.*

1594. * Ῥαφεύς. *Sutor.* In epigrammate dictus ῥαφιδεύς. A ῥάπτω, *suo*, et metaphorice *machinor*. Odyss. Π. 421. μάργε, τίη δὲ σὺ Τηλεμάχῳ θάνατόν τε μόρον τε Ῥάπτεις;—Cf. Γ. 118. κακὰ ῥάπτομεν. Eurip. Andr. 837. ἀλγεῖς, φόνον ῥάψασα συγγάμῳ σέθεν; Ibid. 912. Cf. Valckenaer. ad Herodot. VII. 1. IX. 17. M. Heusinger. Addend. ad Vechneri Hellenolex. p. 483. Terent. Phorm. 3. 11. 6. *hei metuo lenonem ne quid suo suat capiti.*

1596. Σπάργανα. *Fasciæ.* Photius, Σπαργανώματα. αἱ πρῶται φασκίαι, καὶ οἱ δεσμοὶ τῶν ἀρτιτόκων τέκνων. Vid. Choeph. 527. 757. παῖς ἔτ' ὢν ἐν σπαργάνοις.

1597. Κατάγω. *Reduco.* Vid. Theb. 644. et Glossarium.

1601. Ἕρκος. *Septum.* i. q. supra ἀρκύστατα. Plato Sophist. p. 220. B. τὸ μέν, ὅτι πᾶν ὅσον ἂν ἕνεκα κωλύσεως εἴργῃ τι περιέχον, ἕρκος εἰκὸς ὀνομάζειν.—κύρτους δὴ καὶ δίκτυα, καὶ βρόχους, καὶ πόρκους, καὶ τὰ τοιαῦτα, μῶν ἄλλο τι πλὴν ἕρκη χρὴ προσαγορεύειν; Herodot. VII. 85. οἱ δὲ ἐν ἕρκεσι ἐμπαλασσόμενοι διαφθείρονται. ubi h. l. advocat Wesseling. Hesych. Ἕρκεσι. δικτύοις. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι δευτέρῳ. Eurip. Med. 982. τοῖον εἰς ἕρκος πεσεῖται.

1604. Ἐπακτός. *Aliunde adductus.* Theb. 580.

1606. * Δημορριφεῖς λευσίμους ἀράς. *Exsecrationes populi cum lapidatione editæ.* Frequens est apud veteres scriptores lapidationis mentio, quo genere supplicii utebatur populus, quum

subita indignatione commotus esset, quia scilicet lapides ad manum et præsto cuique jacebant. Homer. Il. Γ. 56. ἀλλὰ μάλα Τρῶες δειδήμονες· ἦ τέ κεν ἤδη Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, κακῶν ἕνεκ' ὅσσα ϜέϜοργας. i.e. si *furor popularis metu non fuisset restinctus, jampridem lapidatus esses.* Sophocl. Aj. 254. πεφόβημαι λιθόλευστον ἄρην ξυναλγεῖν μετὰ τοῦδε τυπείς. ubi Brunckius Ἄρη. Num legendum ἀράν, sicut in hoc loco λευσίμους ἀράς? an potius λιθόλευστον ἄταν? Eurip. Ion. 1240. θανάτου λεύσιμον ἄταν ἀποφυγοῦσα. Confer ibid. 726. De Cyrsilo, lapidibus obruto, ob consilium Atheniensibus datum Medis cedendi, vid. Demosth. de Coron. §. 60. (Valckenaer. ad Herodot. IX. 5.) Noster Theb. 183. λευστῆρα δήμου δ' οὔ τι μὴ φύγῃ μόρον. D. Luc. XX. 6. πᾶς ὁ λαὸς καταλιθάσει ἡμᾶς. Cf. Eurip. Orest. 50. 436. θανεῖν ὑπ' ἀστῶν λευσίμῳ πετρώματι. Vid. Æ. Porti Lex. Ion. v. Καταλεύειν.

1608. Ζυγός. *Transtrum.* οἱ ἐπὶ ζυγῷ. remiges qui ζυγῖται dicebantur. Schol. οἱ ζυγοὶ (l. ζύγιοι) τῶν θαλαμίων ἄνωθέν εἰσιν. Schol. Aristoph. Ran. 1106. θρανῖται, οἱ πρὸς τὴν πρύμναν. ζυγίτης, ὁ μέσος. θαλαμίτης, ὁ πρὸς πρῶραν. Vid. Duker. ad Thucyd. IV. 35. Schol. ad Thucyd. VI. 31. οἱ θρανῖται μετὰ μακροτέρων κωπῶν ἐρέττοντες—Ζυγῖται etiam dicebantur classis media populi Atheniensis. Num in hoc loco intelligendum, eos, qui secundum locum occuparent, sc. Clytæmnestram et Ægisthum, gubernatore interfecto, navis regimen tenere? Sic interpretando vim suam voci ζυγοῦ servabis. Erant igitur senes θαλάμιοι, Ægisthus et Clytæmnestra ζυγῖται, Agamemnon θρανίτης.

Ibid. Δόρυ. *Navis.* Glossar. in Pers. 417.

1611. Νῆστις. Vid. supra 186.

1612. Δύη. Pers. 1008.

1613. * Ἰατρόμαντις. *Medicus vates.* "Eustath. in Il. A. p. 48, 35. φασὶ καὶ ὅτι κοινή πως ἐστὶ τέχνη ἰατρικὴ καὶ μαντική. Μελάμπους οὖν καὶ Πολύειδος, ἀμφότεροι ἐπ' ἀμφοῖν ἔνδοξοι ἐγένοντο· καὶ Αἰσχύλος δέ που, φασί, τὸν ἰατρὸν μάντιν ὀνομάζει. Hinc com-

positum ἰατρόμαντις pro simplici, medico. Suppl. 270. "Ἀπις γὰρ ἐλθὼν ἐκ πέρας Ναυπακτίας, Ἰατρόμαντις." STANLEIUS. Compositum ἀριστόμαντις exstat in Sophocl. Phil. 1338.

1614. Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε. Vid. ad Prometh. 331. Valckenaer. Adnot. in loca quædam N. F. p. 381.

Ibid. Μογέω. *Laboro.* Verbum Homericum, tragicis minus frequenter usurpatum, quibus usitatius est μοχθεῖν. Prometh. 282. συμπονήσατε Τῷ νῦν μογοῦντι. ibid. 625. Eurip. Alc. 865. μογοῦντα πλευρά. Radix primitiva, si recte conjicio, erat μόω (unde *moveo*, syllabarum numero aucto, et interposito digamma). Hinc μοερός, μωρός, *mobilis* (unde ἰόμωρος, ἐγχεσίμωρος, ὑλακόμωρος,) μόγος, μόγις, μόχθος &c.

1615. Νέον. *Recenter.* Pro νεωστί. Prometh. 991. νέον νέοι κρατεῖτε. quem locum cum hoc versu contulit Valckenaer. ad Phœniss. 1480.

1618. * Ἀρχηγενής. dicitur ea res, unde origo alius cujusvis rei ducitur. Idem fere quod alibi ἀρχηγός. Eurip. Hippol. 885. αἶ, αἶ, κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον. Vid. supra ad v. 250.

1620. Ἀπὸ φθογγῆς. *Vocis ope.* Paullo aliter Sophocl. Œd. Col. 929. τῷ νῷ θ' ὁμοίως, κἀπὸ τῆς γλώσσης λέγω. Locutiones ἀπὸ φωνῆς, ἀπὸ κραυγῆς, illustravit Wyttenbach. ad Sel. Hist. p. 414. Infra 1633. ἀπὸ ψυχῆς κακῆς.

1621. * Ἐξορίνω. *Excito.* ὀρίνω verbum est de animo concitando sæpissime apud Homerum usitatum.

1623. Ὡς δή. *Quasi vero,* vel *quasi scilicet.* Vid. Eurip. Phœn. 887. Alc. 537. 1014. Andr. 234. Hel. 1044. Herc. F. 1407.

1626. Πρὸς γυναικός. Vid. supra 575.

1629. * Πειθάνωρ. *Obediens homini.* proprie de equo dictum. Locum non intellexit Scholiasta.

1630. **Βαρείαις.** Subaudi ζεύγλαις, e verbo ζεύξω repetendum. Prometh. 471. κἄζευξα πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα, Ζεύγλαισι δουλεύοντα.

Ibid. **Σειραφόρος.** Vid. supra 815.

1631. **Κριθάω.** *Hordeo pastus lascivio.* Schol. interpretatur, πίονα ταῖς κριθαῖς καὶ τρυφῶντα. Pollux VII. 23. τὸ μέντοι ὑπερεμπεπλῆσθαι, καὶ, ὑπερκεκορέσθαι, ἀπὸ τῆς μάζης, ὑπερμαζᾷν ἔλεγον οἱ παλαιοί. οἱ δὲ νέοι, κριθᾷν, ἀπὸ τῶν ὑποζυγίων. Αἰσχύλος μὲν γὰρ εἴρηκε, Σειραφόρον τε, καὶ κριθῶντα πῶλον. Σοφοκλῆς δέ, Ἕως ὅτου κριθώσῃς οἴνου. scribe κριθώσῃς. Apud Pollucem legitur κριθιᾷν et κριθιῶντα.

1637. **Πρευμενής.** Pers. 225.

1640. **Εἶα δή.** *Eia age.* Eustath. in Il. A. p. 107, 28. κατὰ τὴν τέχνην τοῦ Γεωργίου, προπερισπᾶται τὸ ῥηθὲν εἶα, εἰπόντος ὅτι τε παρακελευσματικὸν ἐπίῤῥημα ἐστί, καὶ ὅτι ὡς ῥέω ῥέα, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ῖ ῥεῖα, οὕτως ἕω τὸ ἐκπέμπω, ἕα, καὶ πλεονασμῷ, εἶα. φέρει δὲ καὶ χρῆσιν τῆς λέξεως κειμένην, φησί, παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Συλεῖ, ταύτην—Εἶα δὴ φίλον ξύλον, Ἔκτεινέ μοι σεαυτό, καὶ γίνου θρασύ. Pro ἔκτεινε grammaticus ap. Etymol. M. p. 294, 46. qui Euripidis versum sine nomine citat, rectius habet ἄγειρε. Cf. Valckenaer. ad Theocrit. II. 95.

Ibid. **Λοχίτης.** *Manipularis.* Qui ejusdem λόχου est. λόχος autem erat certus quidam militum numerus, pro gentibus ac temporibus diversus. Sophocl. Œd. T. 751. πολλοὺς ἔχων Ἄνδρας λοχίτας, οἷ' ἀνὴρ ἀρχηγέτης.

1641. **Πρόκωπος.** *Districtus.* Suidas. Πρόκωπον ἔχων τὸ ξίφος. ἀντὶ τοῦ, γυμνόν. Cujus capulo (κώπῃ) manus est admota. Eurip. Or. 1483. ὁ δὲ ξίφος πρόκωπον ἐν χεροῖν ἔχων. Utrumque auctorem laudat Stanleius.

Ibid. **Εὐτρεπίζω.** *Paro.* εὐτρεπής, *qui facile huc illuc vertitur.* Vid. ad Theb. 90.

1651. **Ὧδ' ἔχει λόγος.** *Sic mea fert sententia.* Glossar. in Theb. 211.

1652. **Ἀπανθίζω.** *Florem decerpo.* Vid. supra 1434.

1655. **Προσσαίνω.** Glossar. in Theb. 379.

1656. **Ἐν ὑστέραισιν ἡμέραις.** *Postmodo.* Angl. *some future day.* Sophocles dixit *ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ* Œd. Col. 641. Rarior est apud scriptores Atticos hic usus *τῶν ἡμερῶν* in plurali numero, Hellenistis notissimus. Dixit tamen Thucydides VII. 33. *περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας,* sicut D. Lucas II. 1. *ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις.* Pindar. Ol. I. 53. *ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι.* Herodot. VIII. 15. *ταῖς αὐταῖς ἡμέραις.* Xenoph. Anab. I. 7. 14. *ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις.* ut apud Latinos Liv. XXIII. 30. *iisdem ferme diebus.*

1658. **Ἐλπίδας σιτουμένους.** Eurip. Phœn. 407. *αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος.* Sophocl. Ant. 1262. *ἐλπίσιν δὲ βόσκομαι.* Eurip. Bacch. 617. *ἐλπίσιν δ' ἐβόσκετο.*

1659. **Πιαίνομαι.** *Pinguesio.* Vid. supra 267.

1660. **Ἴσθι δώσων.** *Scias te daturum esse.* Constructio Sophocli familiaris. Electr. 298. *ἀλλ' ἴσθι τοι τίσουσά γ' ἀξίαν δίκην.* Antig. 1065. *ἀλλ' εὖ γε τοι κάτισθι—τελῶν.* Aj. 1174. *ἴσθι πημανούμενος.* Exempla participii præsentis satis obvia sunt. Vid. Valckenaer. ad Eurip. Hipp. 304. ad D. Luc. XIX. 17.

1662. **Προτιμάω.** Vid. supra 1388. Mox post *θήσομεν* anticipandum e genitivo *δώματα,* vel intelligendum *πάντα,* quod monuit Schutzius.

FINIS GLOSSARII IN AGAMEMNONA.

INDEX

IN

GLOSSARIUM.

A.

E.

K.

N.

Ξ.

O.

Π.

CORRIGENDA.

IN TEXTU.

v. 209. περιοργῶς. v. 797. διημάθυνεν. v. 1512. ψακὰς.

TYPIS RICARDI TAYLOR, SHOE-LANE.











